

05

A

2227



J

D

8

1



4

DISPUTATIO  
ΣΚΙΟΓΡΑΦΙΚΗ  
De  
Distinctionis JESUITARUM inter  
JUSTIFICATIONEM  
PRIMAM  
&  
SECUNDAM  
VANITATE,

*Quam*

D. T. O. T. M. A.

SUB PRÆSIDIO

*Viri admod. Rever. Excellentiss. & Præclariss.*

Dn. PAULI RÖBERI SS. Theol. D.

& in Elector. V Vitteberga P. P. celebratiss. Facult.

Theol. p. t. Decani, Pastoris & Superattend. in circulo Electorali

generalis, Synedrii Ecclesiast. Assess. &c. Dn. Præceptoris

Fautor. & Promot. sui gratiosiss. honoratiss.

*Publ. examini ad d. XII. Kal. IXb. an. XXIX, in Acroat. Maj.*

*subijciet*

M. GEORGIUS Grossehain Duderstad.

*Chrysost in 2. Tim.*

Τὸ πᾶν τῆς πίσεως ἴσθι.

---

WITTEBERGÆ

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH.

ANNO MDCXXIX.



PERILLUSTRIBUS ET GENEROSISS<sup>is</sup>  
COMITIBUS AC DOMINIS

DN. GUNTHERO.

DN. ANTHONIO-HENRICO.

DN. JOHANNI-GUNTHERO.

DN. CHRISTIANO-GUNTHERO.

FRATRIBUS, S. ROMANI IMPERII QVA-  
tuorviris, Comitibus à Schwartzburg &  
Hohnstein, Dominis Arnstadi, Sondershuse,  
Leutenberga, Lobra, & Clettenberga, &c.  
Dominis Evergetis & Nutritoribus  
suis clementiss<sup>is</sup>.



Humilimè dedicat

A. & R.

Stipendiarius.

05 A 2227



בגה

DISPUTATIO

ΣΚΙΟΓΡΑΦΙΚΗ

De

Distinctionis JESUITARUM

inter JUSTIFICATIONEM  
PRIMAM

&

SECUNDAM

VANITATE.



Via articulo de gratuita coram DEO justificatione, (qui ut est reliquorum ἀρεῶπολις, per quam Ecclesia stat, quæ in terris est, per quam non perit quod perierat & inventum est, August. in Enchir. ad Laurent. c. 64: reliquorum summus & summa, quò sublatò Deo nō amplius sua constat gloria, Luther. comm. in c. 21. Gen. reliquorum caput, quod Ecclesiam constituit, Id. T. 5. Germ. Jen. in Expl. Psal. 117. f. 159: reliquorum propugnaculum, quò salvò quicquid ferè est corruptelarum corrui: Chemnit. pa. 2. Ll. Tb. de just. præfat. qui est centrum Theologiae, ad quod omnia collimant, sacer Oceanus, in quem omnia confluent, arca fidei, quæ omnia illibata servat. Meisn. Anth. dec. 3. disp. 4. tb. 3. ita facilimè potest violari, dicente B. Lutherò in aureo comm. in c. 2. Epist. ad Gal.) nulla argutia infensior est, quàm nugatio illa Jesuitarum de 1. & 2. justificatione, quæ ipsis contra Orthodoxiam parma esse videtur & umbo tam solidus, quàm

A 2

qui

qui solidissimus, quare tantum non ubique primas tener & in  
 disputationibus de Justificatione ipsis utramque facit pagi-  
 nam, ut videre est apud *Bellarminam* passim, præcipue verò *l. 4 de*  
*just. c. 18. Jesuitas in Censurâ Colon. fol. 166. Hyperaspisten Concilii*  
*Trid. Payva Dandrada in defensione Trid. fid. Cathol. Fr. Pererium*  
*in disp. 8. in c. 3. Rom. &c.* Has igitur officinas & fascinatorum glaucos-  
 mata ad veritatis Solem, quò dispulsum iri penitus arbitramur,  
 σὺν Θεῷ καὶ δύνανται conferemus, & quidem, quia alibi hoc  
 quicquid nunc molimur, fusiùs pertractatum est, heic vel com-  
 pendium, vel ἀνακεφαλαίωσιν instituemus planam, succinctam,  
 apertam: Deus sapientiæ, duc nos in veritatem: *verbum tuum*  
*veritas est, Ioh. 17, 17.* Sit ergo

### Q U Æ S T I O.

*An distinctio Justificationis in primam & secun-*  
*dam sit nulla, vana?*

Duæ sunt partes cujusvis quæstionis: τὸ ὑποκείμενον, Ma-  
 thematicis διδόμενον nuncupatum: & τὸ ζήτημα Aristot. lib. 2.  
*post. c. 2. t. 1.* Hac in nostra quæstione διδόμενον est distinctio Ju-  
 stif. in 1. & 2. non quidem in sensu quodam, quo nostrates ean-  
 dem retinere possunt vel solent orthodoxo, utpote quomodo se-  
 cunda justificatio dicatur vel ratione dignitatis, quo sensu hu-  
 mana divina posterior est, vide *B. Luther. in comm. in c. 1. Gal. vel*  
*dependentia*, quomodo justificatio secunda est in foro soli co-  
 ram tribunali charitatis, quando homo justificatus est ζηλω-  
 τῆς καλῶν ἔργων *Tit. 2, 14. ἀνεησάμεθα τὴν ἀσεβειαν καὶ τὰς κο-*  
*σμικὰς ὑπερημίας, σωφρονῶς ( erga seipsum ) καὶ δικαίως ( erga*  
*proximum ) καὶ εὐσεβῶς ( erga Deum ) in hoc seculo vivit. v. 12.*  
 prima in foro poli coram tribunali divinæ charitatis & miseri-  
 cordiæ, ubi homo justificatur δωρεὰν πίστεως χωρὶς ἔργων νόμου, per  
*Deignatiam, ἀφ' τῆς ἀπολυτέωσως τῆς ἐν Χριστῷ* *Rom. 3, 24,*  
*28. vel ordinis & reiterationis: quomodo perfecta quidem est*  
 prima justificatio, sed nihilominus *qui justus est, adhuc justifice-*  
*atur oportet Apoc. 22, 11.* propter quotidiana, quæ admittimus &

com

committimus peccata, ob quorum remissionem, in qua justifi-  
 ficatio omnis consistit, Rom. 4.7. *omnis pius ad Deum orat. Psal. 32.*  
*7. remitte nobis peccata nostra, Matth. 6, 11. ne forsan regnet peccatum*  
*in mortali corpore nostro, ut obediamus illi per cupiditates ejus, Rom.*  
*6, 17. & hæc est secunda sive reiterata justificatio, &c. sed intel-*  
*ligenda est illa distinctio justific. 1. & 2. in sensu heterodoxo: quo-*  
*modo prima & secunda nos coram Deo justificare finguntur:*  
 adeò ut hæc illius augmentum & perfectio sit, hæc meritoria  
 illius gratiæ necessarium consequens &c. hæc operibus, illa  
 infusione gratiæ & justitiæ Dei fiat &c. ζητέμενον est utrum e-  
 jusmodi distinctionis dogma sit vanum, nullum &c. Nos ἴεσιν tue-  
 mur; Iesuitæ ἀντίθεσιν. Accingimus nos ad demonstrationem.

## SECTIO I.

### Complectens.

Τὰς τῆς ἀποδείξεως προτάσεις μείζους.

Duplici via heic procedemus & argumentabimur, tum  
 καὶ ἀλήθειαν sive ex parte rei ἀπλῶς καὶ ἀπτόμως, tum καὶ ὑ-  
 πόθεσιν καὶ ἀνθρώπων sive ad personam.

## CAPIT I.

### Sistens

προτάσεις καὶ πρᾶγμα.

a. 1. Quod fidei dogma ἀγροφον est, vanum est.

Ἀγροφία heic non potest intelligi in ordine ad sacras scri-  
 pturas, prout Costerus *Enchir. c. 1.* eas fingit, aut ad sacras S. ἀγρο-  
 φας, h. e. traditiones à Pontificib. Rom. autorizadas, canonizadas  
 (non sine contradictione, de qua re Biel. 3. *sent. dist. 25. q. un. dub.*  
 3. nervosè disputat) sed in ordine ad scripturas verè canonicas  
 (Canonicum heic non dicitur respectu ficti & fabulosi: quo  
 prætextu Becan. *man. l. 1. c. 1. q. 1.* ex Augustino *l. 18. de C. D. c. 36. &c.*  
 rudioribus palpum obtrudit, & fumum venditat; sed respectu



Scriptorum ἀμφιλέκτων καὶ ἀντιλεγόμενων Euseb. l. 3. H. E. cap. 9.)  
Neq; deniq; hæc ἀγραφία illa est, quâ κτ' μόνον ἔνομα quid  
ἀγραφον esse dicitur: etenim ab ἀγραφία κτ' μόνον ὄνομα ad rei  
negationē N. V. C. sed intelligitur κτ' πρᾶγμα & secundum sen-  
sus substantiam: de qua videatur Nazianz. l. 5. de Theol. proba-  
mus: *Quod fidei dogma, in objecto fidei adequato non est, vanum est:*  
ob contradictionem. Bellarmin. non negat. vide lib. 1. de ju-  
stif. c. 8. 9. & quidem 10. 5. prima. lib. 3. c. 8. 5. prima: eleganter B.  
Lutherus Domin. 19. expl. Wort und Glauben sind gleich als zur  
Ehe zusammen gegeben / das sich keines vom andern scheiden kan  
lassen. Atqui O. dogma fidei ἀγραφον in objecto fidei adequato  
non est. Foret enim contradictio in adjecto: ἀγραφον in ver-  
bo Dei contentum. E. O. fidei dogma ἀγραφον nullum est.

α. 2. Quod fidei dogma ἀντίγραφον est, nullum est.

Idq; propter ἀντενθείαν & συναλήθειαν · πᾶσα γραφή  
θεόπνευστος est, 2. Tim. 3, 16. πᾶσα προφητεία γραφῆς ἠνέχθη  
ποτε θελήματι ἀνθρώπου; ἀλλ' ἀπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι  
ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεῶ ἀνθρώποι 2. Petr. 2. v. 21.

α. 3. Quod fidei dogma praxi biblicæ contrarium est,  
nullum est.

Praxis biblica heic non in sensu lato & recensivo; sed stri-  
cto prout à Spiritu sancto illa est approbata. Ubi revelatio-  
ni executio accuratè respondet: & heic Deus omnia operatur  
κατὰ τὸ ῥηθὲν secundum responsum suum in verbo scripto expressum:  
exemplum & regula heic exquisitè conspirant.

α. 4. Quod &c. fidei analogiæ opponitur, nullum est.

Ἀναλογία τῆς πίστεως sive dicatur πρῶτως, pro perpetua O.  
Christiana doctrinæ dogmatum harmoniâ, ad quam in interpre-  
tatione &c. respiciendum, Rom. 12, 6. sive δευτέρως, pro simplici  
catechismi Christiani textu I. Andr. Diss. de Script. S. Thes. 67. ni-  
hil heic interesse putatur: tota enim scriptura συναλήθεια,  
συνθεοπνευσία & una oratio copulativa est, ut Gerson vocat, de  
comm. sub. utraq. spec.

α. 5.



α. 5. Quod &c. recens fabricatum est, nullum est.

Nullus articulus fidei completō canone procedi potest sine anathemate, quod minatur Paulus illi, qui Evangelium predicaverit παρ' ὃ predicavit ipse, Gal. 1, 8. vel enim foret à Deo vel ab hominibus: non illud: est enim contra Paulum d. l. εἰς ὃ ὑπεσείλαμεν τῆ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν ΠΑΣΑΝ τὴν βέβηλον (de nostra salute, nobis scitu necessariam) τῆ θεῶ inquit ipse Act. 20, 27. nec hoc: quia foret ἀντικείμενον ἐν προσκειμένῳ articulus fidei ἀνθρώπων περὶ αὐτῶ: confer Durand. 1. sent. sub init. prolog. & sic sciretur id ex ratione, quod tamen solâ revelatione nobis innotescit.

α. 6. Quod &c. ex falsa hypothesi oritur, vanum est.

Foret enim & sic oppositum in appposito:

α. 7. Quod &c. arenosis suffulcitur fundamentis, nullum est.

Quia fidei dogmatis fundamentum est ἀνταληθές: & sic foret contradictio.

α. 8. Quod &c. nil nisi nugatoria distinctio est, nullum est.

Quia non nititur verbo Dei: E. non est fides, Bellar. d. l. cap. 8. l. 3.

α. 9. Quod fidei dogma hæreticum est, nullum est.

Hæreticum intellige non in sensu improprio: quo hæresis est sententia, quâ quis Papæ decretis non obtemperat; sed proprio: quo est sententia perversa contra fidei regulam pertinaciter defensa. Tertull. de præscrip. cap. 37. August. l. 18. de C. D. c. 51. de quo patet hæc major ex contradictionis implicatione.

α. 10. Quod f. d. impium est, nullum est.

Quia contra scripturam & Deum ipsum foret.

α. 11. Quod f. d. absurdum est, nullum est.

Ἐυδηλον: intellige absurditatem κατ' ἀλήθειαν, non κατ' ὀφθαλμὸν, de qua Schmal. cont. D. Schopp. de Trin. p. 21. Socin. l. de aut. scr. p. 54. &c.

α. 12. Quod f. d. contra principia ἐξηγηθέντα impingit, nullum est.

Loquimur de veris, non Iesuiticis, quæ ipsi rationi bellum movent; & ne illa Iesuitæ repudiare possint, de illis loquimur, de quibus Apostolus inquit: 1. Cor. 11, 14. ἡ ἔδὲ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς: quibus omnis cordatus non potest non assurgere: quorum quædā concernunt interpretem ut 1. κρείσις ἀδέκαστος: quæ ut icterico omnia sunt pallida, ita Metaphrastæ omnia sua. 2. accurata Philosophia & linguarum cognitio: illud Iesuitæ non negant: hoc docet ipsa rei necessitas, nisi quis velit, ut B. Lutherus loquitur, hinaech ohmen/ halb rachen/ vnd halb feien. Et heic quidem requiruntur 1. ὁρων γνωρισμὸς Arist. l. 1. an. post. c. 10. 73. vide B. Luther. Præfat. Germ. in Ep. Rom. S. auffß erste. 2. μεταλήψις εἰς γνωρισμῶτερον Arist. l. 1. Top. c. 2. 3. ἐπισήμη τῆς σωηθείας τῆς γράφου: de qua Simplicius τὸν ἐξηγητῶ τῶν παντῶ χε τῶ φιλοσοφῶ γεγραμμένων δεῖ ἐμπειρον εἶναι. Quibus accedit Crisis. Reliqua concernunt ipsius interpretationis actum. ut 1. analogia rerum tractatarum. Simplic. ὑποβλέβειν εἰς ἄλλα ἀπ' αὐτῆς γεγραμμένα 2. prudens τῆς ῥητῆς observatio: nam & analogia in famosiori significatu urgeri possunt. 3. Literalis sensus unitas. Arist. l. 3. Met. c. 4. 4. Scopii scrutinium, quorsum pertinet historia temporum &c. 5. Ἰπίσκεψις τῆς τῶν προσηγμένων καὶ ἐπομένων σωπειίας Plato in Phæd. nos vult totius rei κατὰ ἑλισμῶ teneri non λογογεαφικῆ ἀνάγκη vide Alex. Clement. 7. Strom. Ratio propositionis constat: quia nullus verus fidei articulus contra illa peccare vel potest, vel debet.

a. 13. Cujus f. d. contradictorium erroris convinci nequit, illud necessariò falsum est.

Liquet ex contradictionis lege. Thom. p. 1. q. 1. art. 8. l. 1. cont. Gent. c. 7.

a. 14. Quod f. d. præter ἀνπεργαφίαν ἄλογον est, nullum est.

Quia in ratione quod falsum est, non verificatur in revelatione, propter contradictionis involutionem.

## CAPUT II.

### Sistens

Προτάσεις κατ' ἀνθρώπων. (ad minimum.)

B. I. Quod

β. 1. Quod f. d. viris Apostolicis, primitivæ Eccles. & Patribus non est auditum, nullum est.

Pontificiis. *Bellarmin. l. 4. de Not. Eccles. c. 5. Staplet. l. 11. princ. fid. doct. cont. 6. Concil. Trid. sess. 15. &c.* huc pertinet καὶ Ἰωάννης Λορικήν ex *Lyrinensi & Cano.*

β. 2. Quod f. d. primis Rom. Eccl. Dd. tacitum est, nullum est.

Secundum personam. *Coster. Enchir. de Eccl. Sc.*

β. 3. Quod f. d. propriis Pontificiorū hypothsibus repugnat, nullum est.

Ipsimet enim concordiam tum inter scriptores suos, tum inter sua scripta jactitant.

β. 4. Quod f. d. ipsis Pontificiis suspectum est, nullum est.

Propter ὁμοψήδιαν, de qua *Bellarmin. lib. 4. de Not. Eccl. c. 15.*

β. 5. Quod f. d. ipsis Pont. incertum & insufficiens est, nullum est.

Proprio suo exemplo enim docent, quid de illo judicandum sit. Sequitur nunc

## SECTIO II,

### Complectens

Τὰς τῆς ἀποδείξεως προτάσεις ἐλάττονας.

### CAPUT I.

### Sistens

Minores Syllogismi καὶ πρῶτα.

α. 1. Atqui dogma fidei Pontif. de Justificatione 1. & 2. ἀγγραφον est.

1. Quoad ὄνομα: patet.

2. Quoad πρῶτα: probent heic ἐγγράφια! *Iustificatio ἐγγραφῶν est unica* in qua omnia opera hominum, utut sint, qua-

B

tenus

tenus talia, excluduntur à συνεργεία, & quidem à gratia Dei, *Rom. 11, 6. 2. Tim. 1, 9. Tit. 3, 5.* à causa meritoria, *Esa. 63, 3. Iob. 1, 29.* ab instrumentali. *Rom. 3, 28. Gal. 2, 16.* à fine, qui soli fidei adscribitur: *Rom. 4, 11. Gal. 3, 18, 22.* quæ disertè removentur *Rom. 3, 20. Gal. 3, 11.* ut in solo Deo gloriemur, *1. Cor. 1, 31.* In qua unica & perpetua justificandi norma est, *Act. 15, 11. Rom. 4, 23.* per remissionem peccatorum, *Act. 13, 38. Rom. 3, 34. cap. 4, 7.* & imputationem justitiæ Christi. *c. 4, 6. 2. Cor. 5, ult. &c.* Atqui Jesuitarum justificatio non est unica, in qua &c. E. non est ἐγγρα. Hoc malè habet Jesuitas: unde hinc inde compilant dicta. Videbimus: Concil. Tridentinum anathemata fulminat: esto! sunt fulgura in pelvi, verba sunt: *Paulus tonitrua loquitur* dicente Hieron. ad *Iovian.* illa formidemus oportet & suspiciamus. Sutelas & glossemata confarciunt: σὺν Θεῷ eviscerabimus. *Bellarmin. l. 4. c. 1, 2, 3, 7.* &c. operum urget necessitatem: ludit: aut respectu justificationis urget, aut fidei justificantis: Si hoc? extra oleas divagatur, & tempus terit: quia ἀσκοπον: hoc nemo orthodoxorum negat, licet calumniantibus Jesuitis omnes negare videntur: res ipsa loquitur, scripta nostratum ad oculum demonstrant: illa Jesuitæ adeant: imò adierunt. *Bellarmin. l. 3. c. 6. l. 4. c. 1. c. 4. Tolet. in Comm. in Iob. 13. Vega l. 15. de justif. c. 5. Maldon. inc. 3. Iob. Staplet. 9. de just. c. 7. &c.* quid (malum!) ergò Bellarm. calumniatur cùm suis sociennis? Si illud? ἀπεργάζονται est, quicquid affert: omnia quæ ille ibi composuit necessitatem (consequentia) à parte fidei important; non coefficientiam à parte effectus: urget, *Phil. 2, 12. 2. Cor. 7, 10. 2. Cor. 4, 17.* bene! illud videbimus, ex quo de his liquebit. Resp. igitur. non. n. heic de opere sed operante: E. non ad rhombum directè. 2. esto! est ἐλεγχ. κ. π.: Qui κατὰ ἐργάζεται salutem, ille efficit illam salutem, estque ejus causa? N. Si ἀπλῶς intelligatur: quia quis in f. literis dicitur κατὰ ἐργάζεσθαι, ut tamen causa non sit: (sicut & verbum Ebraeum *וַיַּעַל*) *Iob. 6, 27, 28, 29.*: numquid homo fidem poterit operari, ut in ejus esse influat? absit *2. Cor. 4, 6.* &c. Unde κατὰ ἐργάζεσθαι est obicem non ponere, non resistere operanti &c. *Phil. 2, 13, 12.* illud operari explicatur per ἐνεργεῖν Θεὸς ἐν ἡμῖν.

ἡμῶν, & per *Ἰωάννην*, ne peccatum in nobis regnare patiamur  
 & c. *Nostrum agere est pati Deum in nobis operantem, Luther. c. l. in*  
*c. 2. Gal.* rectè colligit: pro conditione g. subjectæ materiæ illud  
*καταργήσεσθε* est explicandum, ut & alia. ita *Ezech. 18, 28.* dicitur  
*Ἔσθε* facite vobis spiritum novum & cor novum: at quī? cum Deus  
 id faciat, *c. 11, 19. c. 36, 26. Ps 51, 12. & c. August. de gr. & lib. arb. cap. 15.*  
*resp. Ipse dat quod jubet, & adjuvat, ut faciat cui jubet: ut faciat*  
*pro suo modulo. 3. agit vel de 1. vel de 2. justif. non de 1. ut con-*  
*cedit: nec de secunda: illa enim est meritoria per Jesuitas Bel-*  
*larm. lib. 5. cap. 1. 2 & c. non igitur sequitur, pii (pro suo modo)*  
*operantur salutem suam. E. promerentur illam: lib. 4. cap.*  
*18. justificationem secundam adstruit Bellarminus I. ex Jac. 2.*  
*Resp. non agit (immediatè) de justificatione coram Deo;*  
*sed de fidei coram Deo justificantis demonstratione: alio-*  
*qui Paulo Rom. cap. 3. cap. 4. & c. in os contradiceretur: at*  
*inquis heic conciliationem esse instituendam? optimè! Era-*  
*smus & Cajetanus nodum secant, dum cum Euseb. lib. 2. E. H. cap.*  
*27. hanc epistolam νοθέουσθε* putant: sed Jesuitis non ad sto-  
 machū, nec nobis: si dextimè capis: nugatur Bellarm. §. *possumus.*  
 Jacobum de 2. & Paulum de 1. coram Deo justificatione loqui?  
 fit sine pretextu, & à propriis sociis deseritur *Perer. disp. 1. in*  
*c. 4. Rom. Vasquez Tom. 2 in 1. 2. d. 240. c. 8. Cornel. à Lap. in com.*  
*in Rom. 4. & c. & Thomas ei in os contradicit in b. l. ut gloss. ord.*  
*taceam & August. in 2 q. & alios: perjuri sunt Jesuitæ si heic*  
*Thomæ contradicunt, mendaces si Augustino, non-Pontificii*  
*si juri Canonico (in quo glossa Ord. à Pontif. confirmata) impij*  
*si scripturæ: eligat nunc Bellarm.: Quantò igitur Jesuitica &*  
*interpretatione & conciliatione potior Augustini in enarr. Ps. 31.*  
*est, qui ex Interpretationis anima i. e. ex συναφείας scopo fuit,*  
*ad quam historia illorum temporum nos deducit. Paulo occa-*  
*sionem dederant falsi fratres, qui dicebant: & fidem (Ad. 15, 5.*  
*erant enim πεπισυκότες) & opera legis (16. non tantum cere-*  
*monialis, sed & moralis: παραγγέλλειν τε τηρεῖν (præter περι-*  
*τέμνειν αὐτῶν) τὸν νόμον μωυσέως) ad salutem consequendam esse*  
*necessaria. v. l. his opponit Apostolus suam Δείκξιν Rom. 3, 28.*

*Solam fidem esse necessariam &c.* Vix hæc doctrina purè in Eccle-  
 sia tradita est, occasionem præbuit (per accidens) epicureismo,  
 dum Paulum ita contorquebant, sicut hodie Jesuitæ nostram  
 doctrinam cavillantur: fidei sc. professionem sufficere, operum  
 autem bonorum exercitium nihil planè ad fidem facere: qua  
 dere *Luth in præfat. 2. Pet. & alibi. Chemnit. L. de just. cap. 1. de  
 cert. m. 2. & Augustin. passim.* His igitur Jacobus occurrit, &  
 suam sententiam opponit nempe hæc: *fidem operibus cassam  
 non justificare*: nunc harmonia utriusque in promptu est. Ille  
 loquitur de fide di' ἀγάπης ἐνεργουμένη Gal. 5, 6. ὀνομαζέτω  
 1. Tim. 1, 5. quæ spem & charitatem perperuos comites habet. *August. l. 1.  
 sent. 8.* hæc justificat. Hic loquitur de fide operibus cassa, sine  
 spe, sine charitate ut *Aug. d. l.* vocat: inde hæ duæ propositiones:  
 Pauli: *Fides ἀνοπόνητος* — — — — — *sola justificat.*  
 Jac. *Fides καὶ ἐαυτῷ νεκρῶ. v. 17. i. e. sola — — non justificat.*  
 Ibi *sola* est exclusiva prædicati, & excludit in suo causalitatis  
 genere omne, quod non est fides: q. d. *Fides* (nunquā sine operib.  
 existens, sine operibus tamē) *sola* justificat, quatenus justificat:  
 heic verò *sola* est exclusiva subjecti, & excludit in suo existentiae  
 actu à se O. quod non est fides. q. d. *Fides* (vacua, sive ἡ μόνον quæ  
 tantum est, v. 24. νεκρῶ καὶ ἐαυτῷ v. 17. ἡ χωρὶς τῶν ἔργων, v. 26.  
 ἡ λεγομένη, ἔργα μὴ ἔχουσα v. 14. quæ omni opere exuta est, adeoq;  
 solitaria est &) *sola*, illa *non justificat.* Hoc porrò ostendimus ita:  
 Conclusio Jacobi hæc est: *Fides, ἡ λεγομένη,* (quando scil. dicit  
 quis πίσιν ἔχειν, ἔργα δὲ μὴ ἔχειν, ἡ πίσις hæc ipsa fides, Syrus addit  
 in sua versione Π' Π' Π' Π' μὴ δώματα σώσαι (NB. ATTON: h. e.  
 πιν λέγονται πίσιν ἔχειν ἔργα δὲ μὴ ἔχοντα.) verba sunt clarissima.  
 probat illam v. 15. 16. simili casu: *ἡ ἀγάπη* habetur v. 15. *Si frater  
 aut soror nudi fuerint &c. dicat autem aliquis: abite cum pace &c.  
 & non det illis τὰ ὑπὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν: concludit protasin;  
 τί τὸ ὄφελος;* sequitur nunc *ἀποδῶσις* v. 17. *ἔγω* (illatio) *καὶ ἡ  
 πίσις, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχειν, νεκρῶ καὶ ἐαυτῷ;* ubi Syrus exc u-  
 sivam adponit Π' Π' Π' Π' *Sola*: & non tantum propterea est  
 mortua fides, ἀλλὰ sed & ex demonstrationis defectu v. 18.  
 quia non potest demonstrari ex operibus (Lat. versio vitiosè  
 SINE

SINE legit) heic ἄλλα est μόνον ἀνζητικόν, quod augmentum  
 sententiæ adfert, ut *Iob. 16, 2. c. 15. 21. Matt. 5, 39. c. 8, 8. c. 21, 21. 27, 24.*  
*Rom. 9, 6. 2. Cor. 7, 11. Sc. ἀλλ' ἐγὼ π, &c.* loquitur rhetoricè  
 majoris ἐμφάσεως ergò: *Tu fidem habes* (sicut dicis *v. 14.* NB.)  
*καὶ γὰρ At ego* (καὶ) adversativum, sicut & Syrum *Wau sape*) *ha-*  
*beo ἔργα*: uter veriùs loquitur? illud potest signanter ex de-  
 monstratione deprehendi: *ostende MIHI* (ἐμφάσις heic substi-  
 tit: mihi ostende: ego non tantùm dubito de tuâ fide, sed & ne-  
 go, nisi ostendas) *τίω* (illam ipsam, de qua loqueris) *πίστιν σου*  
*ex operibus tuis*: q. d. ostende si potes: h. e. non potes ostendere  
 fidem tuam ex operibus tuis: quia est *κενρὰ v. 17.* at ego, nihil de  
 mea fide jaëtans, nihilominus eam *ex factis meis demonstrabo*,  
 quæ omnium oculis sunt exposita, *Matth. 5, 16 Gal. 5, 6. Sc.* Por-  
 rò ostendit id ex insufficientia fidei historicæ (vel ut *Bellarmin.*  
*l. 1. de just. c. 4.* ex *Cyrillo Catech. 5. Sc. Chrysof. hom. in 1. Cor. 13, 29.*  
 commodiùs vocari vult, *dogmatica*) & assensualis *v. 19.* Tu qui-  
 dē *credis, quod Deus unus sit*: & in eo nō peccas: *καλῶς ποιεῖς*; sed  
 hoc non sufficit: putas autem sufficere? multum erras: *καὶ τὰ*  
*δαμόνια πισεύσασιν, καὶ φερίσασιν*: nam & Diaboli ipsissimi hoc  
 credunt, qui tamen non salvantur: ubi *καὶ* est particula illativa:  
 ut *Joh 15, 21. Sc.* Vide g. *ὦ ἀνθρώπε KEN|E* inanis homo, qui  
 verbis plenus, fide vera vacuus es, quò absurditatis tua *κενότης*,  
 & vacua & vana fides te adigat? opera adsint oportet, si viva  
 sit fides: hoc ulteriùs probat: *v. 20. vis verò scire, quod ἡ πίστις*  
*(quæ? ἡ) χωρὶς τῶν ἔργων κερὰ ἔστι*: duobus exemplis 1. *Abra-*  
*ha*: argumentum est tale: Quomodo Abraham sese gessit justifi-  
 ficatus, & quomodo fides ejus sese habuit, ita verè justificati  
 sese gerant, & ita vera fides sese habeat: contra verò si ita sese  
 non habeat, mortua est. Atqui ita ille sese gessit, ut justifica-  
 tus sit ab omnibus hominibus, ejus opera & præcipuè obedi-  
 entiam erga mandatum Dei videntibus: & ejus fides sese satis  
 exeruit, ita ut viva maximè fuerit. E. ita verè justificati sese  
 gerant: ita vera fides sese habeat. Minorem probat *v. 21. Abra-*  
*ham pater noster nonne ex operibus justificatus est ab hominibus in*  
*foro soli*: loquitur enim de fidei ἀποδείξει, ut alia taceam: &

introducitur infigne exemplum de oblatione, καὶ Ἰσαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὅτι τὸ θυσιάζειν, de quo opere inquit v. 22. *Vides quod fides ejus, quâ coram Deo justificatus erat, συνεργῆς τοῖς ἔργοις αὐτοῦ* h. e. non vana, vacua, inanis est, sed operosa, non tantum debet jactari, sed & una existere & cooperari, *Ἐνν ὡν δαρνεβενς ἰρκεν durch die Wercke: καὶ ὅτι τῶν ἔργων, ἐτελειώθη ἡ πίστις* nempe coram hominibus, ne ὑποκρίσεως proscatur, quomodo scriptura de perfectione sæpè solet loqui: cui perfectum & illud est, quod est ἀνυπόκριτον *Matt. 5, 48.* quorsum pertinet Ebraum *וְדָרָה Gen. 6, 9. Psal. 84, pen. Job. 36. 3. Psal. 101, 2. & c.* quomodo ἀνυπόκρισις & perfectitudo, fides perfecta & ἀνυπόκριτος h. e. satis ex operibus demonstrata & irreprehensibilis inventa coincidunt. Quibus denique scripturæ impletionem v. 23. subjicit. Quoties enim Abraham opera fidei exeruit, toties justificatus est coram hominibus, adeoque toties scriptura verè impleta est: quæ dicit. *Credidit & c. Gen. 15, 16.* puta demonstrativè, ubi per experientiam confirmatur, id quod antea dixerat: ubi simul hoc notamus: quod imputatum sit illi nihilominus non opus ad justitiam, sed fides, non quidem respectu sui; sed termini, nempe Christi, ex quo fidei ἐνέργεια judicari debet. His ita positis addimus. 1. absolum fore multis modis, si quis Abrahamæ justificationem hanc coram Deo valere contenderet: quia hoc ne scopus quidem Apostoli admittit, nec contextus, uti ex dictis patet, ut taceam justificationem coram Deo operibus repugnare: *Opera enim tam moralia, quàm ceremonialia non sunt causa quod aliquis sit justus apud Deum; sed potius executiones & MANIFESTATIONES justitiæ.* Thomas Aq. in cap. 3. Gal. 2. Ipsum hunc Thomam dudum respondisse ad sutelas Jesuiticas. Quando ad id: *nonne Abraham ex operibus justificatus est? respondeo, inquit, dicendum, quod JUSTIFICARE accipi potest dupliciter: vel quantum ad executionem justitiæ & MANIFESTATIONEM, & h. m. homo justificatur, i. e. justus OSTENDITUR ex operibus & c.* 3. Gloss. Ordin. Abraham (Jac. 2.) per opera quæ fecit, justus non fuit, sed SOLA FIDE; oblatio verò ejus est opus & testimonium fidei & justitiæ. 4. Pa  
tres



tres: August. in enarr. Psal. 31. Iacobus ipsius Abrahæ commendavit  
opera, cuius Paulus fidem, & non sunt sibi adversi Apostoli: Dicit au-  
tem Abrahæ opus omnibus notū: &c. magnum opus; sed ex fide: lau-  
do superadificationem operis; sed video fidei fundamentum: laudo  
fructum boni operis; sed in fide agnosco radicem. Et in lib. LXXXIII.  
2. q. 9. 76. Iacobus exemplo Abrahæ utitur, quia fidem ipsius Abra-  
hæ bona opera consecuta esse demonstrat. Alios brevitatis ergo  
præterimus. 5. mendacium esse quod Bellarm. d. l. 5. ac ne. di-  
cit: Adversarii non dicunt fidem justificare per modum declarationis:  
imò & ipse Thomas dicit, in cuius verba juravit: urget: fidei ra-  
tionem id non pati? imò, verò eò quò diximus modò Psalm. 51, 6.  
1. Tim. 3, 16. &c. sequitur igitur conclusio v. 24. Videtis τοῖνυν,  
quod ex factis, ex verâ fide profluentibus, justificetur homo coram  
mundo, & non ex fide μόνον (μόνον est exclusivum subiecti.) Quæ  
est probatio una: sequitur nunc altera (II.) v. 25. Similiter autem  
ἡ γὰρ Raab meretrix anne ex factis coram mundo justificata est h. e. ju-  
sta seu justificata, & ex fide, quæ tūc sese satis exeruit, declarata  
est, uti ex Abrahæ exemplo liquet &c. At instat Jesuita d. l. 5.  
quartò: Neque enim Raab declarari potuit justa, cum esset meretrix:  
quid ita rationum inops sophisticaris Cardinalis? quî potest,  
quod majus esse videtur tibi, meretrix coram Deo habitualiter  
justa esse? vides ad quas, stantibus tuis argutiis ludicris, rediga-  
ris incitas? Summulistæ in statu suo, ampliatione, hunc nodum  
dudum ætatē disseuerunt: ita ut sensus sit hujusmodi: Raab,  
quæ fuit meretrix nunc est justa: confer Matth. 11, 4, 21. 26, 6. Ios.  
2, 11. Profectò si nostrates ita tricati fuissent, jam pridem eis vir-  
gulam censoriam, scopticus tuus Forerius, qui tantum non ubi-  
que orthodoxos ignorantia Logica falsò accusat, admovisset.  
Uti igitur perte habitualiter justa Raab, meretrix amplius non  
est: Ita quoque eadem per nos imputativè coram Deo justa, ni-  
hil minus quàm meretrix est, quatenus imputativè justa est.  
Nondum verò probationis finis: res potest significantius si-  
mili quodam ulterius declarari: quod adhibet v. 26. Nam quem-  
admodum corpus χαρὸς πνεύματι. & mortuum est: ita ἡ γὰρ Raab  
ἐγγύων

ἔργων (descriptio subjecti) mortua est: quæ est conclusio v. 20. sequitur igitur principale συμπέρασμα. E. fides χωρὶς ἔργων coram Deo non justificat v. 14.

II. Eccles. 18. adducit Bellarm. d. l. c. 19. Ne veteris usq; ad mortem justificari. sed R. justificationem secundam nullo colore exinde elici posse. 1. enim est liber ἀνενδιάνη. 2. Bellarm. peccat in principia ἐπιπέδον α. quia committit ἀγνωσίαν τῶν ὀργῶν in Græco est μένως, quod Concil. Trid. pater nō postremus A. Mont. vertit recte. ne expectes, ne differas: notanter Lutherus Berzeuch nicht. β. quia κατὰ τὸ πᾶν totius textus negligit, qui ne jota quidem de justific. 2. habet. optimè Lutherus F. 1. W. in 1. Tim. 2. Es gilt nicht daß man also etliche Wort aus der Schrifft zwacke/ vnd mache ihm eine wicksene Nasen nach vnserm Kopffe/ vnd nicht sehe was dran hanget vnd worauff es dringet. At urget heic continuationem? R. 1. & nos. 2. E. statim per modum augmenti coram Deo? à genere ad spec. N. V. C. affirmativè.

III. Rom. 6, 19. sicut exhibuistis &c. E. sanctificatio est coram Deo justificatio? τὸ ἐν τῇ δεξιᾷ! perinde res sese habet cum dicto 2. Cor. 7, 1. 2. Cor. 9, 10. &c.

IV. Job. 14, 23. Si quis diliget me. R. nihil ad justific. 2. non enim loquitur heic Servator de divinæ dilectionis merito, sed argumento, nō de causa efficientiæ, sed consequentiæ 1. Job. 4, 10. Job. 14. 21.

V. Apoc. 22, 11. Justus justificetur amplius. R. 1. loquitur de justific. coram Deo. ut patet ex oppositione sanctificationis. E. statim per opera? ἀσυνλογιστόν! 2. peccat Jesuita in principia μεταφράσεως: aliud est ὑπὲρ. Magis: aliud ἐπι. amplius: hoc non denotat augmentū gradū qualitatis; sed hoc non illud Prophetæ habet. E. heic nihil invenis pro justificationis 1. augmento. His adijcimus Dan. 4, 24. redime peccata elemosynis &c. R. 1. dubium est utrum Rex Nabuchd. justificatione 1. tum justus fuerit. 2. hoc certum est in v. 24. contineri Prophetæ consilium, quomodo pœnam tempor. determinatam Rex possit effugere: illud constat ἀβρῦμα: abrumpe (fini P. enim significat ein ende

ende machen: involvit duo: terminum à quo, sive omittendum) peccata tua (Ter. à quo)  $\text{יְרֵאָה־לְפָנָיו}$  per justitiam (Ter. ad quem seu cōmittendū) & (ἀπὸ κωνῆς: abrumpe) iniquitatem tuam (à Quo) per beneficentiam erga pauperes (ad quem) Q. d. Ἐκκλ. νου ἀπὸ πάντων καὶ ποιῶσιν ἀγαθόν. 1. Pet. 3. v. 11. ex Psalm. 34. v. 14. nunc sequitur ἀπόδοσις: (sic. ἵπ particula illativa: & FORTÉ Pagnini fortè falsum est) tunc  $\text{יְהוָה לְפָנָיו יְהוָה}$  erit prolongatio tranquillitatis tuae. So wirds auch noch künftig wol vmb dich stehen/ heic ne per somnium quidem egit Propheta, de secunda justific: quod tamen tantopere ὁ δένας contendebat.

a. 2. Atqui dogma fid. Pont. de 1. & 2. justificatione est ἀντιγραφον:

Liquet ex illo, quod est ἀγραφον: ἀγραφία enim in articulis fidei est ἀντιγραφία: per velim magnoperè contrarium mihi ostendi manifestè: (scio) non potest, alias ἀποδείξεις charactæ angustia excludit.

a. 3. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justificatione praxi biblicæ est contrarium.

Probamus g. minorem 1. Ex Apostolica Synodo Act. 15. ibi praxi g. biblicam elucidari, non potest negari, scopus decreti est: quomodo discipuli  $\text{υπόθετοι}$ , salventur: Resp. quod solâ gratiâ Dei sine operibus alicujus legis. Id probamus tum ex parte decreti negativâ v. 10. Quod per jugum indigitatur, illud à justificationis actu excluditur, ut oppositio v. 11. ostendit. Atqui intelligitur lex Mosis per illud cum Ceremon. tum moralis. De illo concedit Bell. l. 4. de just. c. 14. De hoc ulterius probatur. 1. ex analogia. Illud per vocem intelligi tamdiu debet, quod suppositione naturali eadem intelligitur, donec necessaria ex contextu limitatio & exclusio afferatur: Atqui per vocem (lex Mosis,) suppositione naturali lex moralis intelligitur, ut nullo colore potest negari, E. illa tamdiu heic retinetur, donec exclusio ex contextu appareat. 2. ex textus συναφεία & adversariorum propositione: illi non tantum ceremonialem legem urgent, sed & moralem: unde v. 5. δὲ, inquiunt,  $\text{ὁ θεὸς γέλλειν τε τηρεῖν τὸν νόμον}$

νόμον Μωϋσως: i. e. Φορτία subire leg. Veteris, tūm δυσβάστα-  
κτα Cer. (ut dicitur Luc. 11, 46.) tūm ἀδωάτα Mor. Rom. 8, 3. (utraq;  
συλλήθεον Lex Mosis dicitur Ioh. 1, 17.) id quod ex Synodico decreto  
v. 10, 11. dispalescit. 3. Ex Paulina reiteratione. Gal. 2. c. 5. Rom. 3. at ille le-  
gē excludit moralē quoq;: quia per eam est agnitio peccati, Rom.  
3, 20. unde ex illius operib. non justificatur O. caro: quia eam per  
fidem non irritam facit v. 31. quia ei est mortuus. v. 19. Gal. 2. c. 4. ex  
adposita conditione v. 10. quia patres ζυγόν ἀβάστακτον legis M. non  
potuerunt βασίσασαι: sunt enim illius opera βαρύτερα τῶ νόμῳ  
M. quam ἐκείνα Cer. Matth. 23. v. 23. quæ sunt δυσβάστακτα. 5. His  
accedit pia antiquitas. August. ep. 157. ad Optat. vocat jugum legis  
veteris: & ex eo Bedā comm. in h. l. Nicolaus de Lyra & Dionys. Carthus.  
comm. in. h. l. explicant per opera legis. Et sic integra lex Dei in-  
digitatur, & quidem non sine fide: etenim v. 5. sunt πιστεύον-  
τες & discipuli νεόφύτοι, & patres, & ipsimet Apostoli tales  
sunt, quos omnes eodem modo decisio Synodica concernit v. 11.  
probatum porrò tum ex parte positiva. O. legis opera heic rejici-  
& quidem 1. ex oppositione, quia χάρις Christi omnibus oppo-  
nitur in actu justific. De qua re inferius. 2. ex νεοφύτων cum Apo-  
stolis conjunctione. v. 9, 15. at Paulum & alios non ex operibus ali-  
cujus legis salvatos, paulò post demonstrabitur: ubi κακείνοι ad  
patres refertur: quia ad proximum referri debet relativum,  
nisi necessaria evidentia prohibeat: quia id docet oppositio &c.  
3. ex decreti executione: quæ patet ex epistolis Paulinis, Jacobi-  
nâ. II. Ex exemplorum testimonio. G. Cassander in consult. art. 4. scri-  
bit, exempla suppetere, ubi quoque Iustificatio, quæ est post regeneratio-  
nem, SOLA fide constare dicitur &c. Adducimus α. exemplum A-  
brahe: qui justificatus est non ex operibus. Rom. 4. v. 7. sed ex fide.  
E. Solâ fide v. 3. ubi utiq; perpetuò ἐργαταὶ καὶ πιστεύοντες oppo-  
nuntur &c. Bellarm. l. 1. de just. cap. 19. excipit excludi opera ante fi-  
dem non post fidem. Resp. 1. Cassander modò contradixit, qui  
Bernhard. serm. 22. in Cant. Cant. col. 554. pro se adducit. 2. Thomas in c.  
3. Gal. omnia opera excludit, & expressè Bellarmino contra-  
dicit, sicut & Gloss. ordinaria, de quibus paulò superius. 3. con-  
tradiciunt patres. Chrysof. homil. 8. in Epi. Rom. Athanas. orat. 1.

cont.

cont. Arian. p. 119. Ambros. in c. 4. Rom. in c. 3. Gal. Hieron. in c. 4. Rom.  
August. serm. 68. de T. &c. 4. ridicula est exceptio : quia Paulus  
scribebat contra Judæos, qui non excluderant fidem, sed præ-  
ter illam etiam & opera urgebant. Act. 15. v. 5, 10, 11. Vide sis Eras.  
in præfat. Rom. & alios. 5. loquitur de justificato Abraha, ubi ta-  
men opera excluduntur : & responsio Bellar. ad hoc partim in-  
sufficiens est, partim nulla : illa quidem : quia nos damus nun-  
quã justificationem esse illum ex operibus sine fide ; sed non suffi-  
cit : nulla est, tum quia Paulus justificationem Scripturæ vers. 3.  
justificationi Judaicæ v. 2. ( ita enim Ambros. in h. l. vocat, quæ  
partim fide, partim operib. est ) opponit : ubi non dicit illa ope-  
ra esse facta sine fide, sed ut Iacob. 2. patet ex fide : August. in enarr.  
Psalm. 31. Iacobus ipsius Abrahæ commendavit opera, cujus Paulus fidem  
( quæ nunquam est sine opere, δὲ ἀγάπης ἐνεργημάτων Gal. 5, 6. )  
magnum opus, sed ex fide. &c. & illa opera heic excluduntur, quæ  
ille exeruit, quando ei est imputata justitia : atqui exeruit o-  
pera fidei, Iacob. 2. v. 20. 21. &c. E. tum quia extra oleas Bellarm.  
vagatur : dum Ethicè de bonis operibus philosophatur : hoc  
enim ipso priorem responsionem infirmitatis poscit, & εἰς ἄλ-  
λο γένος μεταβαίνει : non enim Apostolus loquitur de operi-  
bus, nisi in ordine ad Dei justitiam heic loci. β. Davidis : Licet  
enim de illo dicatur Act. 13. v. 22. quod fuerit Vir secundum cor Dei  
&c. Propheta Domini 2. Sam. 23. v. 2. qui ambulaverit ἀνομιήτως  
in lege Dei sicut Iosias 2. Reg. 23. v. 25. attamen omnem operum  
Justificationem desperat. Psalm. 32. v. 6, 7. & soli imputativæ ad-  
hæret justitiæ v. 2, 3. adeò ut justificatus sua opera coram Dei  
rigoroso judicio metuat. Psalm. 130, 3. 143, 2. Nec alicujus pon-  
deris est dispar exemplum, quod Bellar. l. 2. c. 9. de just. Calvino  
opponit : quia Psalm. 111. Psal. 118. Beatus &c. non est definitio Ju-  
stificationis, sed conditio justificati : S. potest. integram & plenam  
definitionem introducit implicitam : Contradictio! γ. Iobi. Utut  
ejus justitia & ἀνομιήτως cap. 1. v. 2. &c. meritò laudetur, ta-  
men operum justificationem ille sibi nullo modo imaginari  
audet, Gerson. l. citandò inferiùs ; ita enim cap. 9. v. 2. verè inquit,  
noxi, quod non justificabit se homo. ( at de Jobo sermo erat : ille verò

indifferenter loquitur ) coram Deo &c. v. 3. &c. cap. 15. v. 15. &c. d.  
 Esaiæ. Qui omne meritum soli Christo adscribit c. 63. vers. 1. &c.  
 & justitiam propriam injustitiam pronunciat. c. 64. ubi immu-  
 ditia peccatum intelligitur, Bellarm. l. 4. de amiss. grat. & stat. pecc.  
 cap. 4. §. Et quidem, adeo ut justus ipse non fuerit nisi justitiã an-  
 niteretur non humanã, videlicet Bernh. serm. 5. de Verb. Esa. col. 250.  
 Gerson. l. 1. Consol. Theol. prof. 1. Excipit Bellarm. l. 4. de just. cap. 20.  
 Esaiam 1. non loqui de justis, sed de insignib. peccatoribus. Sed tota pre-  
 catio repugnat & ipsa verba ostendunt, de omnibus rem esse:  
 ita enim jacent: וְכָל־נוֹשְׁמֵינוּ כָּל־יְמֵינוּ  
 omnes justitiæ nostræ: at quæ sunt justitiæ impiis? & emarcuimus Nos  
 OMNES &c. probat autem limitationem suam 1. à desertione.  
 Deus justos non deserit: Resp. ut justos: at omnes peccamus,  
 ut nemo coram Deo justus sit Psalm. 130. v. 2. Iacob. 3. v. 2. Ioh. 1. v. 8.  
 Iacob. 2. v. 10. quamvis heic illi omnes non dicantur à Deo de-  
 sertis. 2. ab invocatione. Justos Deum invocare. E. de iis non agi  
 heic. Resp. ut sic invocare; sed heic non de invocatione simpli-  
 citer agitur, quæ à justis fiat; verum de invocationis effectu, un-  
 de additur וְיִתְחַנֵּן לְךָ ut apprehendat te & commoveat ad adjuvan-  
 dum, quod olim factum fuisse dicit v. 5. 3. ab operum justitiæ con-  
 ditione. Illa Deo placere. Res. & placent, quia ex fide sunt, &  
 nihilominus deturpata sunt, quia impura sunt. Bernhard. d. l.  
 4. à scripturæ stylo: quæ loquatur de multis sæpè quasi de omnibus.  
 Res. esto: analogatorum famosior significatus non nisi evidentia neces-  
 sitate excluditur, quæ heic non est: & à particulari N. V. I. Excipit  
 2. non loqui Isaiam de omni tempore. Res. illam verò rationem,  
 omni tempore valere, ex aliis Scripturæ locis probatur, unde  
 plura exempla heic conjungimus. Excipit: Isaiam loqui de im-  
 piorum imaginatione. Resp. at textus expressis verbis agit de  
 justorum confessione: etenim impiis nullæ sunt justitiæ, qui g.  
 illi de eisdem loquantur? e. Danielis. cap. 9. vers. 7. 19. &c. 5. Pauli.  
 Nihil mihi conscius sum; sed in hoc non sum justificatus 1. Cor. 4. v. 4. κατὰ  
 δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ ᾧ ἔμεινα. Phil. 3. vers. 6.  
 sed hæc omnia, quæ mihi ipsi lucra erant, Ζηλοῦντες propter Christum  
 arbitratus sum v. 7. ἵνα ζήσῃν κερδήσω v. 7. & reperiar in illo, μὴ ἔχων  
 ἐφ' ἑαυτοῦ

ἐὺλω δὲ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ; sed eam, qua est per fidem Christi, qua est ex Deo, justitiam ἐπὶ τῇ πίστει. v. 9. Excipit Bellarm. l. 3. de just. c. 5. explicandum esse 1. Cor. 4. sed in hoc &c. 1. e. non ideo justus sum, quia bonam conscientiam habeo, fortasse enim Deus videt, quod ego non video: bene! quid g. Deus videt? peccata? verè! sed Jac. 2. v. 10. quisquis totam legem servat, πᾶσι δὲ ἑνὶ ἑνὶ ἑνὶ. At urget S. Hec. Aut g. Apostolus sibi conjunctus non est peccatorum inherensium, aut tectorum. Res. ut consequentia cadaver mittam, illud; sed contra conscientiam commissorum, ut liquet ex justorum descriptione. 1. Ioh. 1. v. 8. cap. 3. v. 9. Unde proluxa ibi Jesuitæ philosophatio ἀπεγοδιόυσθαι est, vel nos non ferit, ut demonstrari poterat, si non prolixitatem evitare vellemus, & lib. 5. c. 5. de just. item l. 2. c. 1. & c. 19. responderet Apostolum loqui de operibus, qua fidem & gratiam Dei precedunt. Res. Numquid Apostolus per circumcisionem fidem non accepit? absurdum, ut nugas præteream, videlicet in actu justificationis unquam scripturas inter opera fidei & non-fidei distinxisse, ita ut hæc, non illa ab eodem excludantur: η. Latronis. Luc. 23. v. 43. De quo Origenes l. 3. in Ep. Rom. p. 157. pro hac SOLA fide ait ei Iesus: Amen &c. Nazianz. serm. 45. sicut suffecit Judæ ad scelera Christum deseruisse: Ita suffecit latroni ad innocentiam, Domino credidisse &c.

α. 4. Atqui d. f. p. de 1. & 2. justif. fidei analogiæ est oppositum.

Id quod ex hoc patebit schemate.

ANALOGIA  
FIDEI

HETERODOXIA  
PONTIF.

- 1. Ex nobis nulla dispositiva est justificatio. Ephes. 2. v. 8. 2. Cor. 3. v. 5. Concil. Arausic. can. 25. Ambrosj. de Voc. Gen. l. 1. c. 5.
- 2. Ex lege coram Deo non est justificatio. Phil. 3. v. 9. Rom. 3. v. 28. August. l. 3. ad Bonif. c. 7. & l. 1. retr. c. 19.

- 1. Concil. Trident. sess. 6. c. 6. sunt 7. Bellarm. l. 1. c. 13. de just. & c. 1. Canis. c. 9. 10. in append. ad sum. Ch. D. Theod. Peltan. l. de 3. bon. generib. &c. ἀλλήγησα!
- 2. Bellarm. l. 1. de just. c. 1. & c. 19. lib. 5. c. 5. disting est inter opera ex lege & legis. Lulus!

C

3. Ex-



3. Ex nullis operibus legis homo justificatur post lapsum. Rom. 3. v. 20, 21. c. 4, 2, 3. Gal. 2, 21. &c.
4. Et justificatio & vitæ æternæ donatio gratuita est. Rom. 6. v. 27. Ephes. 2. v. 16, 8. Tit. 3. v. 7. August. in en. Psalm. 62.
5. Unde gratis justificamur. Rom. 4. v. 2, 5. Gal. 2. v. 16. Act. 15. vers. 11.
6. Nemo enim propriâ justitiâ coram Deo subsistere potest, etsi justificatus. Ps. 130. v. 3. 143, 2.
7. Homo semper peccat, & peccatum manet in eo, licet non regnet. Eccl. 7. Rom. &c.
8. Omnium est eadem justificatio. Act. 15. v. 11. Sine lege!
9. Quæ consistit in remissione peccatorum. Psal. 32. v. 1, 2. Rom. 4. v. 7. August. Serm. 181. de T.
10. h. e. est non-imputatio peccati, & imputatio justitiæ Christi. d. l. August. in Ps. 118. &c.
11. Per solam fidem. Rom. 3. v. 28. &c.
12. Eamq; *ναῖ* *ἰδίας*. Hab. 2. idq; ex fidei naturâ. &c.  
Et sic ex his & consimilib. illa oppositio patet; sed ad alia nunc.
3. Bellarm. d. d. ll. ex nullis, intellige ante fidem, sed non post fidem. frustratio!
4. Bell. l. 5. de just. meritoria sunt opera vitæ æternæ l. 3. de Rom. Pont. cap. 23. Vasquez. Tom. 1. Diss. 86. c. 4. Censur. Colon. passim &c. impietas!
5. Meritoriè, in justif. 1. merito de congruo, in 2. de condigno. Bellarm. passim. Coccy- smus!
6. Ex se. & illa loca compara- ta sunt ad Deum: effugium!
7. Bellarm. interdum: & pec- catum deletur: at opera mor- tificata reviviscunt. Suarez in opusc. Var. p. 528. Valent. Diss. 7. q. 6. trica!
8. Est gemina 1. & 2. nugæ!
9. Hæc 1. est. Bellarm. lib. 4. de just. c. 19. gerra!
10. Scriptura ignorat, Bell. Pa- tres nunquam ita loquuntur. Forerus, mendacium!
11. Hoc anathema. Concil. Trid. Sess. 6. c. 12. Coster. Ench. p. 260. Osor. in Dom. 23. Pentec. con. 2. Gregor. de Val. l. de grat. c. 6. Bell. l. 3. de just. cap. 3. Τοῦτο ἔστιν ἀπὸ τοῦ δεξιῆ!
12. Est adinventio humana Osor. d. l. Bell. passim: falsum.



a. 5. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justif. est recens inven-  
tum.

Quod probatur 1. ex defectu vetustatis. Adferatur illa. 2. ex  
Bellarmini silentio. Ille enim vetustatis hæc testimonia minime  
præterisset. 3. ex antiquitatis testimonio contrario : De quo alibi fu-  
sè. 4. ex adversariorum quorundam confessione : De qua nostrates  
passim. 5. ex præcedentium ratione &c.

a. 6. Atqui d. f. P. de 1. & 2. Just. ex falsa hypothesi  
oritur.

Sicut pleraq; paradoxa Jesuitarum : Insigne exemplum o-  
stendi potest apud August. de N. & G. cap. 36. De Mariæ *advocata*  
: Sed locus non patitur, ut heic enarremus : Vide sis B.  
Chemnit. in Exam. T. C. imò ap. ipsum Bellarm. l. 1. de just. cap. 2. S.  
Quod habes quoque illustre. Ejusmodi hypotheses sunt.  
1. Incommoditas loquendi patrum. Illi terminos articuli de justifi-  
catione incommodè ad alias res applicuerunt, qui non rectè à  
posteritate intellecti, puritatem ejusdem deturbârunt. Vide  
B. Chemnit. in Ll. cap. 1. neque hoc Bellarm. l. 7. de grat. & lib. arb.  
cap. 14. & alibi negare audeat. 2. Etymologica grammaticationis ana-  
logia. Bellarm. passim, Censur. Colon. anno 60. Coster. cap. 6. Ench. Andrad.  
d. 1. ubi notandum, Bellarm. l. 2. de just. cap. 3. S. Quanto mentiri &  
calumniari, ut suo loco demonstratum. 3. Incommoda Ethico-  
rum habituum introductio. 4. Mutationis Physica proportio. Colon. Cens.  
p. 147. Coster. d. l. c. 6. &c.

a. 7. Atqui d. f. P. de 1. & 2. Just. arenosis suffulcitur  
fundamentis.

Ejusmodi sunt I. Totalis peccati ablatio. Coster. cap. 6. d. 1.  
Bellarm. d. 1. Forerus vindic. Luth. Symb. p. 450. Bellarm. l. 1. de Sacram.  
cap. 13. ubi S. Hoc nostro : vel mentitur, vel ad minimum menda-  
cium dicit, ut alia taceam. II. Imputativæ justitiæ ad orcum rele-  
gatio. Andrad. d. 1. pag. 477. &c. probare Bellarminus conatur, non  
dari illam justitiam ex Esa. 53. lib. 2. c. 3. sed 1. *ψ* *ὁ* *δ* *σ* *γ* *υ* *ν* *ν* *ε* *ί* *α* *ν* *κ* *ὀ* *μ* *ι* *τ* *τ*  
mittit:

mittit: **רעת** nunquam significat in s. l. *doctrinam*. 2. contra cō-  
textum peccat, dum **רעתו** passivè accipi negat: de qua re  
suo loco prolixè: ostendit antiquitatem illius explicationis  
R. D. *Quimchi in Hos. 13. v. 14.* suâ regulâ: **הכנויים רפלו על**.  
**הכנויים רפלו על הפעור** reliqua præterimus. Quomodo Christus  
nostra portat peccata, ita nos habemus ejus justitiam: at por-  
tat imputative. E. illud constat ex 2. Cor. 5. ult. (Esa. 53. v. 9. tra-  
didit nostra peccata sepulchro:) non ablativè, sed imputativè licet  
heic Bellarm. l. 1. cap. 7. §. nec solum, cum reliquis absurdi fiant. III.  
*Meriti bonorum operum incrustatio.* Bellarm. l. 5. d. l. Becan. man. l. 1. c.  
18. q. 7. &c. De quo scriptura tacet. Huic autem errori laxior  
vocum *mercedis, meriti* &c. usus LXX. ansam præbuisse videtur,  
qui ut alibi voces sanctas aliter interpretati sunt sæpè, quam  
origo ἀποτόμως requirere videtur, quorsum spectat vox ἰσο-  
στασις, unde de eadem ex Psalm. 39. v. 8. judicari potest, quid si-  
gnificet Ebr. 11. v. 1. ita voces quasdam Ebraicas, quæ propriè  
mercedem non significant, per **מזדון** &c. reddiderunt. ut Prov.  
23. v. 18. vocem **אמת** Item **עמ** Psalm. 119. v. 33. & interdum  
**שכר** Psal. 127. v. 9. ut & alicubi **שלם** & forsan alia. Hos sty-  
lus N. Testamenti sectatus est. *Matth. 6. v. 1. Luc. 6. v. 32. 1. Pet.*  
*1. v. 9.* Imò ad eorum modum loquendi Patres Græci in V. &  
N. & Latini in vulgari versione sese accommodarunt. *Hilar.*  
*can. 20. in Matth.* Quod non adeò negant Jesuitæ *Stapleton. in*  
*Antid.* id quod alibi latè demonstratur. Rationes, quas pro  
merito Jesuitæ adducunt, partim ridiculæ sunt, partim sophi-  
smate pseudographematis & ψευδωνυμίας laborant. Bellarm.  
*Becan. dd. ll. &c.* IV. *Absoluta legis impletio.* Bellarm. d. l. Et quia se  
ἀναμαρτήτως profiteri non audent, vivificationis mortificato-  
rum per peccatum operum dogma excogitaverunt *Valent. disp.*  
*7. q. 6. &c.* V. *Fiducie fidei turpis inficiatio.* De quibus omnibus  
fusè & nervosè Nostrates.

α. 8. Atqui d. f. p. de just. 1. & 2, nil nisi nugatoria di-  
stinctio est.

Probamus 1. à fundamenti defectu, non habet fundamen-  
tum in re. E. est nugatoria: sequela constat ex *Arist. l. 1. an. prior.*

cap. 37.

e. 32. l. 2. post. cap. 5. &c. ostendatur sicubi datur! 2. ab applica-  
 tionis accommoda inficiatione. Quia non potest accommodari  
 rectè. Videtis quomodo sese ubiq; in ejusdem applicatione  
 Bellarminus torqueat, l. 1. c. 19. &c. vide. a. 3. rat. 2. exempl. a. su-  
 perius. Censur. Colon. p. 116. alias excogitavit nugas; sed nec illæ  
 textui palpum obtrudere possunt. 3. à nugatoriæ distinc-  
 tionum Jesuiticæ aequalitate. Alias illi non possunt probare.  
 E. nec has: ob probabilitatis paritatem tenet consequentia.  
 ut sunt justificationis causa formalis & dispositiva. Bellar. l. 2,  
 c. 3. opus operans & operatum G. Biel. l. 4. sent. dist. 1. q. 3. a. 7. &c.  
 fides informis & informata. Bellarm. d. l. &c. 4. à Princi-  
 pii vanitate. Tandem in ejus probatione eò devenitur, quia  
 eam Ecclesia (i.e. Pont. R. contradictio!) adhibeat: quo nihil  
 nugacius. Bellarmini g. distinctio in duas formas aut modos  
 justificationis ad verborum novitates relegari debet: nunquã enim  
 scriptura vel traditio Ecclesiastica duas istas formas; sed unam justi-  
 fic. ubiq; prædicat: loquimur cum ipso l. 1. c. 4. §. sed.

a. 9. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justific. est hæreticum.

Quia contra scripturam frivole defensatur, & ab hæreti-  
 cis (ut sic) fovetur: Illud superius fuit ostensum: Alias fru-  
 stratorias distinctiunculas Bellarmini lib. 1. de 1. cap. 19. nihil mo-  
 ramur: de duplici lege: de factis ex lege & legis. &c. memores illius  
 Paulini. 2. Tim 1, 13. Hoc palam fiet, licet non quã distinctio in-  
 tegra, tamen quoad ejus præcipuam partem, secundum quam  
 illud dogma hæreticum erit. Fovetur autem 1. à Pharisæis. Luc.  
 18, 9. 11. 12. Rom. 10, 3. 2. à Talmudistis: quorum mens: Filii  
 Israel credunt & rectè vivunt, ex his verò justificantur: unde illa  
 morientium clausula: תהי מתתי כפרה על כל עברותי 3. à  
 Turcis. Ita enim Alcoranus: Fiduciam habemus & operamur, &  
 salus accidit animæ nostræ. vide sis משפט המלך D. Guil. Schik-  
 hardi c. 5. Theor. 16. p. 116. 4. à Pelagianis: de quibus August. l.  
 de præd. S. c. 3. saltem verba mutârunt Jesuitæ. 5. Photinianis.  
 Socin. Miscell. p. 241. & de justif. p. 17. &c. 6. Anabaptistis. vide  
 sis B. Luther. præfat. Germ. in Comm. Gal. & cogitent Calviniani  
 quidam quàm proximi sint huic errori, dum duas justificatio-  
 nis

D

nis

nis partes statuunt remissionem peccatorum & sanctificationem *Caraus in Exeg. Gualter. in prefat. in explic. Rom.* Nec obstat, quod non ita dudum *Doctor* quidam *Generalis* obijcit, Lutherum hanc doctrinam de duplici justific. publicis scriptis docuisse. Vide ipsum *Tom. 7. German. anno 1520. conc. de 2. justitia* §. *Es ist zweyerley &c. R.* Correxith publicè, ut constat: quicquid calumniatur *Forerus d. l. p. 113. &c.*

α. 10. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justificat. est impium.

Quia Christi meritum enervat, dum ei justo minus tribuit: scriptura ei justificationem adscribit rectè, *Rom. 3. 24. 1. Johan. 1. 8. &c.* non verò partim illi, partim bonis operibus, ut Jesuitæ. *Censur. Colon f. 166. 149. Coster. &c.* Quicquid ad meritum & satisfactionem pertinet, illud scripturæ in solidum Christo tribuunt, & quidem exclusivè *Rom. 3. 24. χειρὶς ἔργων vers. 28.* Ille *יְהוָה מוֹנֵה* unus & solus, ut versio *Symmachi* habet, & ex *ca Justin. in Dial. cum Tryph. pag. 118. Esa 63, 3. 4. 5. &c.* præstitit *דַּיָּוִד וְיִשְׂרָאֵל—יְהוָה יְהוָה* cum eo *יְהוָה יְהוָה* &c. ut mirer blasphemias *Marialis An. 1493. Argentinae editi p. 13. b. Verum est Domine quod non fuit vir tecum; sed MULIER unà tecum est &c.* & *H. Pinus in Comm. h. l.* risum eruditus movet, quando idem excusat. Hinc nobis Evangelizat Apostolus τὸν ἀνεξιχνίαστον πλάτην τῆς χειρὸς *Ephes 3, 8.* de quo *Esa. 53, 9. & יְהוָה* fuit, (*Meñias*) & eundem *יְהוָה* in mortibus suis: dives scilicet nobis, qui cognovimus χάρις ejus, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐπὶ πώχευσε, πλάτην ὧν, ἵνα ὑμεῖς τῆ ἐκείνου πτωχεῖα πλάτῃσωμεν *2. Cor. 8, 9.* Et licet *Drusius in comm. in c. 80. Lev. novè* aliter interpretetur, illud *Esaia (יְהוָה יְהוָה)* tamen analogia Grammatica eum refutat, ut alibi docetur. Nec obstat oblatratio nugacis *Foreri in vind. Symb. (pseudo-) Luthe- rani,* meritum Christi hoc ipso illustrius reddi: id enim non ex scripturis liquet; sed ratio Jesuitica ita subodoratur: quæ conjectura nobis ridicula est: modò audivimus meritum Christi esse exclusivum tum expresse, tum quia solitariè illi scriptura adsignat, quod Jesuitæ operibus injungunt: & præterea gratuitum & meritorium opponuntur. *Rom. 11, 6. c. 4, 3. 4.:* meritum ex nostra parte scriptura ignorat omne. *c. 3, 28. 4, 5. Gal. 2, 16. &c.*  
& satis-

& satisfactio Bellarmini l. 4. de pœnit. c. 1. imperfecta, est contradi-  
ctio : quia formaliter est redditio æquivalentis, finientibus Scho-  
lasticis. &c.

α. 11. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justificatione absurdum est.

Quia operibus legis justificationem tribuit, cui scriptu-  
ra eandem adimit. Rom. 3, 28. & sic indivisibilem & plenariam  
justificationem in continuos gradus sanctificationis dispescit,  
qua ὁ ἔσωθεν ἡμῶν ἀπὸ θανάτου ἀνακαίνισται ἡμέρα καὶ ἡμέρα  
2. Cor. 4, 16. Uti absurdum est visibilitatem dicere causam ἀ-  
νοίας vel humanitatis : perinde res heic habet : gratitudo & ser-  
vitus quā olim captivus suo liberatori pro liberatione præ-  
stat, nunquid est liberationis causa? ita & justificatio & san-  
ctificatio non sunt idem &c. contra Bellarm. l. 2. de just. c. 6. Co-  
stet. d. l. Censur. Colon. p. 142. 148. Concil. Trid. sess. 6. Can. 7. Canis.  
c. 11. append. Andrad. l. 6. p. 468. ratiunculas Bellarm. d. l. heic non  
possumus morari, de quibus alibi. Adde : absurdum est, quia  
secundæ non primæ justificationi vitam & salutem æternam  
adscribit. Censur. Colon. p. 149. 159. 166. &c. Unde infantes, latro  
in cruce &c. non sunt justificati verè, vel non sunt salvati : πα-  
ράδοξον Luc. 23, 43. & patres omnes contrarium docent. Orig. l.  
3. in Rom. Chrysof. de fid. & leg. nat. Tom. 3. p. 327. &c. exceptio Bel-  
larmini l. 1. de purgat. c. 12. &c. Platonica ē poëtarum figmentis  
petita, cachinnis exploditur : nostra enim institutio de porticu Sa-  
lomonis est. Tertull. de preser.

α. 12. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justificat. contra principia  
ἐξουνηστικὰ impingit:

Illud manifestum evadit, dum Pontificii ex S. literis idem  
probare & incrustare volunt. Peccat contra I. Κεῖν ἀδένασον.  
Id ostendi potest tum quoad explicationem dictorum scripturae :  
Bellarm. l. 4. c. 18. de just. se satis prodit ut alibi passim, ut supra  
vidimus : tum quoad expositionem testimoniorū Patrum : id quod  
alibi probavimus : heic vide Bellarm. l. 2. de justif. c. 6. ubi Augu-  
stinum frivole explicat, propter sui judicii corruptionem, ita  
l. 2. c. 8. II. contra Philosophiam, cum primis Logicam. Bellarm.  
l. 4. c. 18. vult nostram justificationem refutare ex Jac. 2. exemplo  
D 2 Raab :

Raab: *Quarto*, inquit, ex eo quod dicitur Raab meretricem ex operibus justificatam, illa sententia refutatur: neq. enim Raab declarari potuit *justa*, cum esset meretrix. Duplici modo heic peccat: *α.* in doctrinam Terminorum: τὸ *justificata* in illa propositione aut adjectivè ut sic, aut adjectivè denominativè sumitur: si posterius? nos non refutat: si prius? peccat in Logicam, quod *Fonseca* & omnes Jesuitæ non possunt non attestari. *β.* in doctrinam suppositionis: τὸ *meretrix* vel supponitur naturaliter: & sic sibi contradicit: quando inquit: *sed verè justificata est b. e. ex infideli fidelis, & ex meretrice justa facta est.* vel accidentaliter in differentia solius præteriti: tertium enim non datur: hoc *g.* vel ignorat ἀπλῶς: id quod miramur: præsertim cum B. Chemnitium toties ignorantia veri oris Philosophiæ poposcerit, cū primis in libris de justif. vide sis l. 2. c. 7. vel κτ' ἀφ' ἑσιν: & sic ipse nostræ sententiæ testimonium perhibet; sic peccat l. 1. c. 14. contra relationis naturam. l. 2. c. 6. μεταβαίνει εἰς ἄλλο γένος contra *Arist.* l. 1. post. an. c. 7. sic passim contra apertam rationem. l. 1. c. 14. à compræsentia ad coefficientiã argumentatur: egregiè B. *Lutherus conc. in festo purif. Mar.* respondet. Ich will ein grob Exempel geben etc. (edit. Ambsdorffianæ.) contra consequentiæ evidentiam. l. 1. c. 14. procedit à salivatione ad justificationem meritoriam: à genere ad spec. affirm. l. 2. c. 7. à veritate justitiæ ad æqualitatem ejusdem omnimodam satis crassè argumentatur: sic passim introducit meritum cui debetur merces ex gratia: σιδηρόξυλον! sic l. 1. c. 15. corpus mortuum verum introducit, utut excusas eum, accusas. Sic *Staphylus* referente B. *Chemnit.* in *Ll. de just. tit. de testim. scrip.* à minima relationis entitate, ad tenuitatem & rejectionem imputativæ justitiæ procedit. Sic quoties ignorationem elenchi *Bellarminus* committat, heic edisseri nequit. Insigniter porrò contra linguas peccat: & quidem *α.* contra τῶν ὀρων γνωρισμοί, vide sis auream præfat. B. *Luth. Germ. in Ep. Rom.* sic *Bellarmin.* l. 2. c. 3. *Ἰϋ* explicat per doctrinam scripturâ ignorante. *Esa. 53.* sic d. t. ἐγένετο per infusionem χάρ-  
*εως*, quæ facta sit nobis ex *Job. 1, 17.* sic γενώμεθα mereamur, sic *lib. 1. c. 20.* justificationem, quæ per fidem solam est, demoliturns  
 addu-

adducit Eccles. 2. *Timor Domini expellit peccatum*: ἀπωθεῖται (ex-  
 pellit: pro ἐξωθεῖται austreiben) quod significat non admittē-  
 re &c. Act. 13, 46. c. 7, 27. 39. Rom. 11, 1. c. 13, 12. & non expellere:  
 sic פְּדוּת redimere pro finire תְּנִיחָא elemosyna pro justitia, Dan. 4.  
 v. 29. l. 1. c. 23. ἱππὶ τὸ γενέσθαι Job. 1, 12. non est esse. sic nescit quid  
 sit νόμος τέλει ὅτις ἐλάττω Jac. 1, 25. & retorquet ad le-  
 gem factorum. & c. 13. ignorat quid sit προσελθεῖν τῷ Θεῷ Heb.  
 11, 6. l. 1. de just. c. 11. negat ὑπόστασιν Ebr. 11, 1. significare firmitatem  
 & fiducia immobilitatem: argumenta ejus rem probandam  
 non sistant: rectius B. *Lutherus in explic. verb. ult. David vers. 1.*  
*Ich halte/ die Epistel zum Ebreern c. 11. v. 1. sehe auff das Wort ΠΙΣΤΙΣ*  
*(2. Sam. 23, 1.) da sie spricht / der Glaube/ etc. Denn der Glaube ist*  
*vnd sol auch seyn ein Standfest des Herzens/ der nicht wancket/*  
*wackelt/ bebet/ zappelt / noch zweiffelt/ sondern fest stehet/ vnd seiner*  
*Sachen gewisz ist.* Sic tantum non utiq; imputare explicat per  
*falsò-tribuere.* Sic heic quoq; vindicare poteramus dictum Gen.  
 15, 6. ἄ σέβλαυς Sanderi l. 5. c. 3. contra *Lutheran.* & aliorum; sed  
 charta non patitur: Sic *Becan. d. l.* nescit τὸ ὁμοίωμα ab ὁμοιωτής  
 distinguere Rom. 8, 3. &c. β. contra μετὰ λη. iv eis γνωμώτερον  
*Bellarmin. l. 1. de just. c. 7. negat fiduciam fidei ex Esa. 7. vocem*  
*יָדוּנָה μετὰ Φράζης intelligetis.* Sic lib. 2. c. 4. justificationis secun-  
 dæ fundamentum adstructurus arripit illud Gal. 5, 6. *in Christo*  
*Jesu ὁρθεῖ πιστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη. h. e. Operatur, animatur*  
*passivè (solœcismum ipse notat l. 2. de sacr. effic. c. 1. §. sed non)*  
*pravè vertitur: nec quicquam Syrus heic juvat Bellarminum*  
*reddens נִדְּוָנָה vide Masium in Gram. Syr. de conjug. Et bpa-*  
*bel. lib. 5. c. 2. probaturus meritum operum adducit Ebr. 13, 6.*  
*ubi, inquit, passivè usurpavit Int. vocem promeretur; sed alioqui re-*  
*ctissimè vertit vocem Græcam ἀπεθεῖται per PROMERETUR*  
*TUR in usu passivo, contra Patres, A. Montanum Vivem: sed*  
*maximè contra tam sacrum, quàm præphanum illius vocis u-*  
*sum: excusatio l. 2. c. 1. de sacr. eff. nulla est. lib. 3. c. 6. fidem κατ' ἰ-*  
*δίαν demoliturus adducit Dan. 4. 24. ἴσθι Forsan ignoscet Deus: sa-*  
*tis pravè. l. 1. c. 12. justificat. dispositivas probat & quidem timo-*  
*ris servilis ex Eccl. 1. Qui sine timore est, non poterit justificari:*



cum sit in Græco  $\text{ἡ ἀρχὴ τῆς σοφίας}$ , & ex *Psal. 110. Prov. 1. initium Sa-*  
*pientie timor Domini* : ipsi  $\text{הַתְּחִלָּה הַחַכְמָה}$  est dispositio &  
 initium justificationis &c.  $\gamma.$  *contra Justinum*  $\text{τῆς σωτηρίας τῆς$   
 $\text{ἀφ' ὧν}$  hic solenniter Jesuitæ halucinantur. l. 3. c. 6. & l. 1.  
 c. 21. certitudinem fidei refutaturus adducit *Ioh. 2. & 3.* sed igno-  
 rat quid Hebræi cum suo  $\text{וְהַתְּחִלָּה}$  velit, licet l. 2. c. 6. non nescire  
 videatur. l. 2. c. 3. & c. adducit *Rom. 5. 5. 1. Ioh. 1. 12. & c.* pro inhæren-  
 te justitiâ : nescit Spiritus S. idiotismum : cui  $\text{ἐκχέχυται}$  meta-  
 phoricum est, *Chrysoft. in h. l. non dixit data est, sed effusa est in cor-*  
*dibus nostris, liberalitatem ostendens.* Dilectionem autem dare, est  
 dilectum habere & dilectionem exerere. *1. Ioh. 3. 1. rectè Syrus :*  
 Et videte  $\text{כִּי חַסְדֵּנוּ כִּי אֲנִי אֲנִי}$  quàm magna est charitas  
 apud nos &c. *Ioh. 1. 12. ἐξ ὧν dedit frâssig machen. Rom. 5. 11. re-*  
*conciliationem accipere, est reconciliari, sicut dare eam est recon-*  
*ciliare. Num. 21. 29. fugitivos dare est fugare &c. ita Prov. 23. 23.*  
 l. 2. c. 3. probat justitiam habitualem, *Ebr. 11. Gen. 6. Noa perfe-*  
*ctus, at nescit Ebræos viros ἀνυποχείτους vocare אֲנֹכִי אֲנִי &c.*  
*Jac. 2. 27. Matth. 5. 48. & c.* Quidam scopum Paulinum *Rom. 3.*  
*labefactorum, illud v. 28. Hominem & c. ad solos Judæos restrin-*  
*git, & putat non de omnibus hominibus ibi Apostolum agere,*  
*cum v. 20. dicatur: Non justificabitur omnis & c. id est, Non-omnis*  
*ex Hieron. comm. in c. 1. Eph. (sed Hieronymum mittimus, & Augu-*  
*stin. l. 6. de C. D. c. 4. (ubi vide Vivem.) & Keckermann. syst. Log. l. 2.*  
*c. 5. can. 7. (Non-omnis equipollet nullus) & Drusium l. 4. obs. sacr. c. 8.*  
*qui putat: Non justificabitur Omnis & justificabitur O. ἀντιφατι-*  
*κὼς ἀντιφασίς :* ut & denique cadavera Logicorum : quibus  
*non omnis formaliter est idem quod aliquis : unde versus mon-*  
*strosus :*

*Non-omnis ; Quidam. Non-omnis-non q. nullus.*

Hoc dicimus Jesuitas idiomata Spiritus S. ignorare, cujus mo-  
 rem perpetuum observavimus hunc : *Quando Spiritus S. in u-*  
*troq; T. negationem super copulam ponit, tùm propositio perpetuò est*  
*negativa :* ( ut & accuratiores Logici docent ) & porro : *Quando*  
 $\text{ἢ}$  *in V. T. & πᾶς in N. T. in propositionis subiecto ( non id ex po-*  
*situ sed naturâ judicandū est ) ponitur, & deinceps ἢ & ἢ & c.*  
supra



*supra copulam feruntur, sit propositio universaliter negans.* (Huc  
 pertinet & Syrum אֵל לֹא) ubi Ebraismi non excluduntur hi:  
 si verbum ponitur cum suo immediatè sequente infinitivo, item: si po-  
 nitur idem cum immediatè precedente: quicquid Fr. Junius, & Pi-  
 scator Herborenensis contradicant: quibus Buxtorf. l. 2. c. 11. & 13.  
*Gramm. Syr.* nihil minus favet, licet vel maximè illud Rom. 9, 6.  
 אֵל לֹא אֵל אֵל explicet NON-prorsus excidit, ut alibi docetur.  
 doceant Jesuitæ contrarium, si possunt. Heic & cum primis  
 peccant dum *justificare, justitiã* &c. quid sit, non ex Ebraismo, sed  
 Philosophiã ediscere volunt, sicut *Colon. Cens. p. 157.* observa-  
 tionem Ebraismi *Monhemio ἀπαυδῶτως* exprobrat: sexcenta  
 hujusmodi ἀμαρτήματα heic mittimus. III. *Contra ἀναλογίαν*  
*τῆς πίστεως,* de qua superius. IV. *Contra prudentem τὴν ῥητὴν ob-*  
*servationem.* Sic *Bellarmin. l. un. de grat. prim. H. c. 2. l. 5. de stat. pecc.*  
*cap. 2 l. 5. de amiss. grat. c. 7. ἀμαρτίαν Rom. 7, 17.* de peccato im-  
 propriè ita dicto explicat. Ita Photiniani τὸ Deum esse de Chri-  
 sto &c. *Cur non & ibi figuras quesivisti, ubi Marcion, ubi Arius, ubi*  
*Origenes,* verba sunt *Jes. Maldonati com. in c. 26. Matth.* in ipsam  
 rationem satis heic sævit. *Rom. 2, 14.* ipsi τὰ ἐθνη sicut fideles,  
*d. l. idem urgent Chiliastræ recentiores Alstedius in Diatr. & c. ex*  
*Apoc. 20, 2.* V. *Contra literalis sensus unitatem l. 4. c. 29. de just. ad*  
*dictum Ps. 143, 2. Non intres, & c. aliquot recenset literales sensus,*  
*ut l. 1. c. 20.* & ferè alibi perpetuò: absurdè! VI. *Contra scopi*  
*scrutinium,* quem scopum in *Epist. Rom.* in totum *Bellarmin.* ever-  
 tit, quem ante nos Patres observarunt exquisitissimè ex Apo-  
 stolica praxi: De qua supra: secundum illud *Jstorum, s. si de*  
*37 ff. de LL. Optima est legum interpretis consuetudo:* Ita enim *Au-*  
*gust. l. de fid. & oper. cap. 14. Quoniam hæc,* inquit, opinio (quod  
 scil. bona opera non sint ad fidem necessaria) fuerat exorta, alia  
*Epistolica Petri, Johannis, Jacobi, Juda* contra eam maximè diri-  
 gunt intentionem ut vehementer adstruant, *Fidem sine operibus pro-*  
*desse nihil: sic & ipse Paulus NON QVAM LIBET fidem, quã*  
*in Deum creditur, sed eam salubrem, planèq; Evangelicam* desinivit,  
**CUIUS OPERA EX DILECTIONE PROCEDUNT,**  
**& FIDES, inquit, PER DILECTIONEM operatur.** Vide  
*eund. in Enar. Ps. 31. lib. 83. Q. 9. q. 76. & c.* Ita quoque *Bellarmin.*

inju-

injuriam facit tum Scripturæ, tum Patribus de renovatione lo-  
quentibus, quoties eorundem dicta ad justificationem coram  
Deo trahit. Sic ex conditionibus subjecti facit conditiones  
scopi, l. 4. c. 2. VII. *Contra Ἡσιόεψιν τῆς τῶν πνευματικῶν  
ἡγῆ ἐπομυδίων σωματικῆς*. Illustre exemplum superius habuimus  
*Jac. 2, 14. seq.* heic insignē injuriam facit *B. Augustino* in dicto mo-  
dò citato l. de fid. & op. cap. 14. *Bellarmin.* lib. 4. de just. cap. 18. quam  
alibi vendicavimus: & æque lector vide quàm lepidè ibidem  
suam sententiam ex contextu *Jacobi* cap. 2. probet: chartæ an-  
gustia hoc examen heic non admittit. Ita lib. 2. c. 3. contra hoc  
interpretationis requisitum peccat *Rom. 5. v. 5.* præter id, quod  
plerisq; patribus, teste *Dominico Soto* in b. l. repugnat. Ita nota-  
mus hæc loca. *Johan. 1. v. 17. Bellarm. l. 2. c. 3. Rom. 8. v. 38. Pighius*  
*ex Thoma. Syrac. 5. v. 5. Bellarm. l. 3. c. 4. Jerem. 17. v. 9. Bell. l. 3. c. 8. &c.*  
Ita inquam illud de 1. & 2. justificatione dogma impingit, dum  
à Jesuitis defenditur & eodem orthodoxia labefactatur.

α. 13. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justificatione contradi-  
ctorium dogma erroris convinci nequit.

Quod est: *Justific. coram Deo, non est prima & secunda*:  
hoc est, unica: id erroris convinci nequit, quia subjectum est  
invincibile, & fundamentum, & medium, & argumentandi  
modus: seu (res eodem redit) quia Pontificium dogma vin-  
cibile est illis modis omnibus. Invincibilis igitur error est  
nostri dogmatis.

I. *Ex parte subjecti*: quod est homo verè-Lutheranus: heic  
invincibilis est. α. *Lutherani voluntas*. illa nullo modo cogi potest,  
quoad actum elicitedum ut suum repudiet, amplexata Jesuiticum  
dogma: hoc enim ipsi proponitur vel ut mysterium, vel sub ra-  
tione argumenti: à neutro assensus illius potest debellari: si  
enim hoc, nempe ut est rationis argumentum? voluntas ab in-  
tellectu anticipatur: quomodo elicitedum voluntatis actum co-  
gi non posse ut orthodoxiam abjiciat, suo loco demonstrabi-  
mus: nec tamen illud: quomodo intellectus prævenitur à vo-  
luntate: quia Lutheranus suum mysterium verum scit esse ex  
fide: cui non potest subesse falsum. *Thom. 2. 2. q. 1. a. 5. Bellarm. l. 3. c. 3.*

Ergo

E. prius est probandum, illud verum non esse: & sic apparet ille Rhodus, ubi Jesuitæ non saltare possunt Lutheranis ad placitum. Verum scit suum ex scripturis. Act. 15. v. 10, 11. Rom. 3. v. 29, 28. & c. c. 4. v. 2, 3. & c. Gal. & Eph. 2. Objicis illa loca esse obscura. Resp. Bellarm. l. 3. de V. D. cap. 3. §. sed quanquam, non omnia esse obscura: addo nec omnibus: quia non Lutheranis, & heic hæret aqua Pontificiis, Coges? at quomodo? si minis? ridiculus es? & in rationem deliras: est enim contradictio in adjecto: voluntas, in actu elicitio, coacta. Si argumentis? tunc intellectus verè Lutherani coram rationis tribunali invincibilis nullum veri argumenti nervum reformidat: sic invincibilis est β. Lutherani intellectus, qui est potentia necessaria ut viva, de qua Arist. l. 2. de an. cap. 6. t. 63. & l. γ. Met. cap. 5. t. 24. ἢ ἐν δέχεται ἀπὸ θύρας πρὸς ἰδίον: coges oculum videntem album, ut nigrum pro albo videat, cachinis excipieris à sanioribus? & Amphitruo Plautinus act. 2. sc. 1. suum Tun' id dicere audeas, quod nemo & c. tibi obvertit: heic igitur requiritur lumen quo intellectus illustratur, quod Lutheranus habet ex verbo Dei: Id si erroris convincatur, ejus contradictorium demonstratur oportet: Id fieri debet ex principiis, vel propriis: & sic nequit fieri: quia necessario intellectus intelligit falsa esse, que contra fidem inducuntur dicente Thoma: quia necessario vitio & depulsiac laborant, id quod inferius πρὸς οὐρανὸν demonstratur. Si ex ἀλλοτρίο? ex ἀναστάσει ἐκ ἀδνο ἡΐδ. infallibiliter nihil concludi, dudum ætatem ex Aristotele didicit. γ. Lutherani conscientia? illam multiplicem Scholasticorum Greg. de Valent. T. 2. Diss. 2. q. 14. p. 4. Vasquez. Diss. 59. c. 1. n. 5. Becan. Tr. 1. de Bon. act. inter. c. 4. quest. 7. & seqq. ipsi relinquimus, triplicem verè statuentes: Rectam, Erroneam & Dubiam: si hæc impetitur? Lutherani non est: quia non est vera conscientia: dum ex fide h. e. ex conscientie certitudine Becan. tr. de lib. arb. q. 10. num. 12. non est Rom. 14. ult. & sic peccatum: licet & sic convinci nequeat, dum illa forum sive judicium practicum, secundum Jesuitas sequi debet: h. e. in illa religione, in qua ille dubiæ conscientiæ Lutheranus enu-

E

tritus

tritus est, firmiter permanere tenetur. Si verò sit *erronea* & sic  
 in unica illa justificatione erret, tunc est vel invincibilis, vel  
 vincibilis: si illud? Jesuitæ laterem lavant. Si hoc? tunc  
 poterit convinci in illa doctrina, ut est *erronea*, vel ut errorem  
 exuit: Si ut est *erronea*, vincitur argumentis Jesuiticis vel se-  
 cundum se, vel contra se adductis: Si secundum se? peccat: &  
 sic non potest vinci: quia sequitur errorem vincibilem: quic-  
 quid ex illo fit, à peccato non excusat: si contra se? itidem  
 peccat, non quidem respectu objecti in se spectati quod agit;  
 sed actus: quia iudicium conscientiae errat, prout statuit id, quod  
 agit & cui assentitur, vel legi Dei vel rationis, contradicere: ita n.  
 docent Thom. 1. 2. q. 19. a. 5. Bonar. 2. d. 39. a. 1. q. 3. Dur. 16. q. 5. Occam. 3. q. 13.  
 Arim. 2. d. 39. q. un. a. 2. Biel. ib. a. 3. & ratio in promptu est: quia quan-  
 tū in ea est contra Dei verbū vel rationem agit, & dum illa conte-  
 mnit, contra se agit, & contra se agendo peccat, & sic prout est  
*erronea* non potest convinci. Si verò prout errorem exuit?  
 & sic nihil minus: nec enim vinci potest carbonaria fide: quia  
 illius ignorantia error inducitur: nec aliis mediis, ut ex hoc tra-  
 ctatu conspicuum evadit. Inquis: multos geminam Pontifi-  
 ciorum justificationem è Lutheranis amplexos esse? Resp. N.  
 forsan è nullius religionis hominibus plures hypocritas se ef-  
 se demonstrant. Etsi enim ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' ἔτι ἦσαν ἐξ  
 ἡμῶν: εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν μεμνημένοι ἂν μεθ' ἡμῶν: ἀλλ' ἵνα  
 φανερωθῶσιν, ὅτι ἔτι εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. 1. Joh. 2, 19.

II. *à partè principii.* Illud est verbum Dei: quicquid  
 ex illo legitimè deducitur, necessariò verum est. Lutheranus  
 consequentias heic ostendit suas: Bellarminus vel sutelas habet  
 vel regulas prudentiæ lib. 1. de purgat. cap. 4. §. Respondeo: Ex illo  
 principio convinci nequit, quia illi quod opponitur impossibile  
 est, esse verum. Cedò quæso quid habent Jesuitæ, quo ex hoc  
 principio deducto Lutheranus erroris in articulo de unica  
 gratuita justificatione coràm Deo convincere putant? vel e-  
 nim ex scriptura, vel ex ratione id est: Si hoc? tunc sunt vel  
 principia lata & indeterminata: quæ nullo casu veritatem.

Theo-

Theologicam adeoq; orthodoxiam Lutherana impetunt: vel cer-  
tae disciplinae propria: & sic committunt μεταβασις εις άλλο  
W. longè vitiosissimam: at non possibile est ut ex alio genere in a-  
liud transiens quicquam quis demonstrat: Aristot. l. 1. poster. an. cap. 7.  
Si autem ex scriptura? & sic vel est idem Lutherani & O. ortho-  
doxorum principium: Quicquid scriptura Can. in sensu literali  
docet, illud infallibiliter est verum. Et sic necessariò falsa sunt ar-  
gumenta Jesuitarum, vel est diversum ab illo, nempe hoc:  
Quisquid scriptura in sensu Ecclesie Cat. (id est, Rom. Pontif.) dicit,  
illud est verum. Gregor. de Val. T. 3. Disp. 1. q. 1. p. 1. Becan. de circ. §. 24.  
Hager. in collat. A. C. & C. Trid. cum verbo Dei art. 1. §. 3. Id quod  
Lutherano non est principium; sed potius propositio falsissi-  
ma: quo Jesuita nil aliud facit quam quod:

————— sub illis

Montibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis.

Circulus inquam est, & quomodo ex eodem elucentur non-  
dum inter se conveniunt Jesuitæ: De qua re alibi alii.

III. Ex parte medii. Est legitima interpretatio. Illa igitur  
est vel illa, de qua supra: & sic nil pertimescit Lutheranus  
contra unicam justificationem: vel quæ principium pri-  
mum Jesuitarum necessariò concernit: & sic illà impossibiliter  
vincitur: etenim illud necessariò est falsum: quia necessariò  
evertit media ἀμεύτης ἐρμηνείας: celsarunt enim dona pro-  
phetiæ, adeò ut ipsius Pontificis interpretatio mediata sit, ut  
ex decisionibus apparet: præter hanc mediatam interpretatio-  
nem aut aliam habet, aut non habet. Si illud? demonstrat? si  
hoc, ejus & consequenter Jesuitarum principii infallibilitas ex-  
pirat: ut taceam ipsosmet Jesuitas illam infallibilitatem su-  
spectam reddere suis scriptis: quid enim unquam compen-  
diosius existat, quam Pontificis brevicula & infallibilis sine o-  
mni vel disputatione, vel ulteriori interpretatione de omnibus  
articulis fidei decisio: at illa tollitur per media Interpretatio-  
nis Jesuitica, Stapleton. l. 11. de prin. fid. d. cap. 6. quatuor proponit,  
quæ Concil. Trid. sess. 15. approbat: addo & per imposibilitatem

tem vel *advanciam* decidendi controversias inter Jesuitas & Pontificios exortas : obvertat forsau Lutherano *Stapletoni* principia *epunvōtina*? lapidi verba facit : etenim. 1. est *regula fidei* (pontificia, sub qua & traditiones comprehendunt) at hæc est coccyismus orthodoxo, veri principii everfio, quamvis interim & ipsa reliquis Jesuitarum mediis contradicat. 2. est *Ecclesie praxis*, quæ Jesuitismo è diametro in hac ipsa controversia repugnat, aperto modo Lutheranismum defensitans. 3. est *Patrum consensus* : at illa panarmonia nec in se, nec in hac Pontificiorum justificatione gemina dari potest, & ipsimet Jesuitæ repudiant Patres in hoc ipso casu aliquoties : quamvis rectè intellecti Patres orthodoxiæ nullo modo reluctentur: qui igitur hoc medium Lutheranum erroris convincat in præfenti quaestione? 4. *Decreta Conciliorum* : vel heic omnia concilia intelligantur vel non? Si non? E. illis per se non credendum Lutheranus concludit, & quærit quare non? Si respondetur: quia à Pontificè Rom. approbata non fuerint? redit coccyismus, quem risu excipit : ut alia mittamus. Vidès qui Jesuitæ Lutheranum convincant? Ad rationis tribunal appellat tam diu Lutheranus, donec ejusmodi & in hoc casu interpretationis media capeffat Jesuita, quæ nec in ratione carpi, nec in explicatione fallere possunt? illa igitur aut usurpat Jesuita, aut repudiat : Si hoc? nihil minus facit, quam quod convincat erroris Lutheranum. Si illud? nullo modo potest.

IV. *Ex parte modi*. Aut Jesuita legitimè disputat, aut erroneè. Si verè & legitimè? nil obtinet: quia principia, quibus legitimè Lutheranum convincat erroris, non dantur: adeo non potest legitimè Jesuita cum Lutherano congregi, nisi aut infallibilia ejus principia assumat, aut eadem absurditatis liquidissimæ poscat : hoc impossibile est: illud ipsius licet ad personam disputet, causæ officit. Si erroneè : Tunc vel meras conclusiones intellectui Lutherano opponit, quales cum fulminibus anathematum ceu sigillis munitas cum primis obtrudit *Concil. Trid.* quomodo illæsis Lutheranorum præmissis ad  
con-

conclusionem ridiculè respondetur : vel sophismata : quæ bene instructo intellectum non debellant, sed potius risum movent. Vel ratiunculas, quæ necessariò vel falsæ ipsæ sunt, vel nihil concludunt legitimè : & sic οἱ λόγοι orthodoxorum κατὰ-παλαίως τῆς λόγῃς Jesuitarum facilimè, ut sapientis Saxonis diverbium fuit : vel authoritates : quibus non potest stare Lutheranus : qui igitur illis poterit confundi ? vel falsas formas : & sic Negat Conf. vel nullas : & sic fieri petit : adeò ut nulla parte in hoc casu erroris Lutheranus convinci possit secundum illud Apostoli : 2. Cor. 13. v. 8. ἔγὼ διωάμεθα ἡ κτ' τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας : ὡς περ ἑεὶ δεῖξαι.

a. 14, Atqui d. f. P. de 1. & 2. justif. est ἄλογον.

Id patet ex sui probatione & orthoxiæ tentatâ refutatione. Ita Bellarm. cap. 10. l. 1. de justif. §. Sed hæc. §. Adde. à negatione expressæ literæ ad negationem ipsius rei falsò procedit, id quod ἄλογον : etiam ipsis JCTis & omnibus sanioris judicii. §. Deinde. Ego credo in Filium. E. ego justificor. adversarii, inquit, peccant in eo, quod ex antecedente conditionato colligunt conclusionem absolutam. Resp. quæ unquam Logica id docuit? ne quidem Jesuitica : Cedò illam ! non distinguit limitationem à conditione : conclusio non conditionata, sed limitata erit h. m. quatenus credo, & sic non ad conclusionem sed minorem erat respondendum, secundum illud Paulinum 2. Cor. 13. v. 5. Ἐαυτοὺς πειράζετε εἰ ἐσεὶ ἐν τῇ πίστι : εαυτὸς δοκιμάζετε, ἢ ἐκ ἐπιγνώσκετε ἑαυτὸς, ὅτι ἰησὺς χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστίν : at quare εἰ μὴ ἢ ἀδοκιμοί ἐσε : nisi forte reprobī estis : audis quemq; debere se ipsum probare an sit in fide : & illos, qui id non agnoscunt, reprobos esse. Confer v. 6. Ioh. 6. v. 69. 2. Tim. 1. v. 12. Rom. 8. pen. August. l. 13. de Trin. cap. 1. Scribit quemq; credentium in corde suo videre fidem, eamq; tenere CERTISSIMA SCIENTIA, & clamare conscientiam. &c. §. respondent. & sed hæc. reprehendit responsionem hanc orthodoxorum : Qui dixit : Ioh. 3. Qui credit in filium habet vitam æternam : Significavit omnes, qui credunt, illum qui credit habere vitam æternam, & illum

*Et. & Act. 13. O. qui credit justificatur, significavit, hunc qui credit justifi-*  
*ficari, & illum qui credit justificari, & sic omnes & singulos qui credunt justifi-*  
*ficari. Hanc, inquam, reprehendit ἀλόγως, & manifestè in Lo-*  
*gicam in summulas de suppositione distributiva peccat. Sic*  
*l. 3. c. 8. rat. 1. nescit quomodo conclusio revelata sequatur, li-*  
*cet vel maximè alterutra præmissarum insuper ratione vel ex-*  
*perientiâ constet: id quod alibi ostendimus. lib. 1. c. 10. §. Ex his.*  
*Minor, inquit in illo: Ego credo: fallax esse potest: in Jesuitis:*  
*in verò credulo minimè potest: quia est contradictio. Perinde*  
*Hager. c. l. pag. 47. suos catulos simiolos fallit: Qui, inquit, ex*  
*Bellarmin. l. 3. de just. c. 8. rat. 1. credit, justificatur. Ego credo. E. ego ju-*  
*stificor: minor, ait, non est revelata. E. conclusio non est de fide: id jam*  
*mittimus. Becan. d. l. idem sic proponit: Incertum est te credere. E.*  
*incertum est te justificari. Te, de omni negat & Paulus d. l. & Au-*  
*gustinus cit. lib. perinde ego: Contingens est Hagerum & Beca-*  
*num esse Jesuitas. E. contingens est Hagerum & Becanum esse*  
*homines! ἀλόγως. Bellarm. l. 1. c. 22. novam æquipollentiam*  
*Logicam introducit §. respondeo: particula, inquit, OMNIS (qui*  
*credit in eum habet vitam æternam. Ioh. 3.) potest in primis rectè exponi ne-*  
*gativè: ut sensus sit: O. qui credit, justificatur: i. e. nemo sine fide ju-*  
*stificatur. Respond. à posse ad actum ἀπλῶς procedere ἀλόγως!*  
*Es ist gar viel einanders wann ich sage / daß mag so heißen / vnd*  
*wann ich sage das muß so heißen vnd kan nicht anders seyn /*  
*inquit, B. Luther. Tom. 3. Ien. Germanic. in præfat. Syng. pag. 285.*  
*perinde ego: O. electus qui se necessariò vestit, salvatur: E.*  
*N. electus sine veste salvatur? ἀλόγως! Vide sis quomodo suam*  
*ἰσοδυναμίαν prober d. l. Quod, inquit, illustrat aptissimâ similitudine*  
*S. Augustinus explicans illud. Deus vult omnes salvos fieri. lib. de*  
*pred. S. cap. 8. nam si unâ aliquâ urbe unus tantum Grammaticæ Doctör*  
*esset, & diceretur. O. in hac urbe Grammaticam discunt ab ipso: non si-*  
*gnificaretur, omnes in illa urbe Grammaticam discere; sed neminem di-*  
*scere sine illo. Mittemus rem ipsam: applicabimus proposi-*  
*tionem Bellarmini: vel hoc modo applicat. O. qui justificatur*  
*fidem habet, & sic est legitima applicatio: sed non Bellarmi-*  
*niana. Vel hoc. O. qui credit, justificatur, & sic est dispar:*  
*quia*



quia explicanda foret hoc modo: Nemo sine justificatione credit, id quod Bellarminus non vult? urget autem suum coccy-  
smum? Resp. illi Augustini simile esse dissimile: hæc verò esse  
similima. O. quod duobus pedibus ambulat, animal est. E.  
Nihil sine duobus pedibus animal est. O. quod 4. pedibus in-  
cedit brutum est. E. Nihil sine 4. pedibus brutum est. Videt  
igitur Jesuita suas inanias? lib. 1. cap. 15. ex 1. Cor. 13. vers. 2. Si om-  
nem fidem habeam &c. probare vult ab eadem charitatem pos-  
se separari: Intelligit E. vel fidem salvificam: & sic in sub-  
sumpto nil ponit in esse: quia est impossibilis conditio Logica,  
(si O. fidem habeam charitatem autem non habeam, nihil sum)  
tantum naturam consequentiæ ostendens: foret enim sub-  
sumptum ἀντικείμενον ἐν προκειμένῳ: fides summâ sine cha-  
ritate Gal. 5. v. 6. homo sine disciplinabilitate, ignis sine calore  
ἄλογον &c. vel solam miraculosam sine justificante: & sic ἀσκο-  
πον est ut prius ἄλογον. Regerit: E. fidem justificam à cha-  
ritate ad justificationem juvari? ἄλογον. Compræsentia ex  
consequentiâ necessitas non importat concausalitatem rei. d. l.  
O. causa prior est effectu (tempore intelligit.) Fides est justificationis  
causa. E. hæc prior est (tempore) Q. igitur non præcedit eam,  
non est justificans. Fides fiducialis non præcedit justificati: E.  
non est justificans. Resp. peccat in Logicam: quod supra mo-  
nuimus, vel enim τὸ ἐστὶν effectu prior adjectivè sumitur, vel deno-  
minativè. Si hoc? explicatur vel per ENS h. m. O. causa est Ens  
prius effectu: & sic προσηγορισμός. nil contrarios, porrò: Quæ  
fides non præcedit justificationem (tempore) in ratione Entita-  
tis, illa non est justificans. Et sic Bellarm. in minore calumnia-  
tur, & contra conscientiam agit: scit enim nostros probare fi-  
dem justificationem (tempore) præcedere in ratione entitatis,  
videl. qualitatis &c. vel explicatur per CAUSA: h. m. O. causa  
est causa (tempore) prior suo effectu: id quod ἄλογον, uti Meta-  
physici docent, vel deniq; h. m. O. causa (ut ut dicatur, hoc est,  
conditio actum effecti ingrediens relatio &c.) est relatio prior suo  
(causato) correlato (tempore) ἄλογον! Aristotel. 1. Categ. c. γ. τὰ  
πρὸς

πρὸς τὴν ἀμα τῆ Φύσιν : scit verò nostros fidem ita intelligere  
l. 1. cap. 17. §. itaque sensum &c. Si illud ? in Logicam Jesuiticam  
peccat : ἀλογον̄ ipsis Jesuitis. Ibid. rat. 3. à positione pre-  
tionis ad negationem fidei argumentatur : subordinatio fit  
oppositio : ἀλογον̄ ! ibid. à solius fidei justificatione ( à parte  
hominum ) ad Sacramentorum justificationis inficiationem,  
falsò procedit : ἀλογον̄ ! ipsi *Exclusiva omnia Entia præter se & alius  
ordinis excludit indifferenter* : ἀλογον̄ ! Vide B. Luth. *Domin. 5. E-  
piphani. Chemnit. p. 2. Ex. T. C. cap. de Sacram. effic. pag. 24.  
DEVS pater conciliat. &c. Bellarm. l. 1. de justif. cap. 14. Inseparabilia  
sunt semper cooperantia : Fides & bona opera sunt inseparabilia. Luth.  
pæfat. Rom. §. Glaub. E. & sic simul justificant. Resp. major est  
ἀλογον̄ : ἀλογον̄ est procedere à negatione separationis ad mutua co-  
operationis illationem : humanitas & disciplinabilitas sunt inse-  
parabilia : E. perpetuò cooperantia ? ἀλογον̄. Porro §. tribus : &  
lib. 4. cap. 9. rat. 1. *Quæ non sunt operantia, illorum unum operans &c.  
reliquo separato non secus ut antea potest operari. Et sic fides sine  
operibus h. e. illis cassa potest justificare ? Resp. major est ἀ-  
λογον̄. Aër & Jesuita lucubrans sunt non cooperantia. E. hic  
sine illo lucubrari potest ? d. l. §. Tertio. à prioritate nature ad ca-  
rentiam rei ἀπλῶς procedit : à prioritate nature, quæ effectis  
suis fides prior est, ad id, ut illis hæc cassa sit, infert : ἀλογον̄ ! sic  
Bellarm. l. 1. cap. 14. Costerus *Ench. cap. 6. urgent fidem esse muta-  
tionem ; nemo negat : Vide B. Lutherum in cap. 5. Gen. tom. 2. sec.  
10. & cap. 22. Gen. f. 195. Gal. 5. v. 6. Marth. 5. vers. 6. &c. at mutatio  
proinde est justificatio ? ἀλογον̄ : ne quidem in foro politico  
procedit. Inquiunt : imputationem esse non-Ens, & sic vanam es-  
se imputationem justitiæ Christi, qui est ἀποδιαισύνη, ut Atha-  
nas. dial. 5. de Trin. loquitur, injurii sunt in sanctas Ll. & in ipsum  
Pontificem : hic enim legitimat per physicam infusionem, aut  
per forensim imputationem : Si illud ? Omnipotentior Deo  
est : modò ea omnipotentia fit, quam Galenus cum aliis sibi fin-  
gunt : ἀλογον̄ ! si hoc ? ἀλογον̄ hoc negare : *Argum. l. si unus.  
28. §. pactus. ff. de pactis &c. at eadem res est ( quoad rem ) in justifi-  
catione****

catione divina: at inquirunt: *imputationem non inherere?* qui inhaer-  
 ret legitimatio, *ἁέσις* ancillæ, servitus &c. E. nec hæc propter  
 ea Entia sunt? *ἄλογον*. urgent: *imputationem non posse migrare de*  
*subjecto in subjectum*: qui sponsor imputationem pro quo satis-  
 facit in se derivat? urgent: *non posse satisfactionem alium quem-*  
*piam justificare?* & Deo, & foro, & rationi repugnant: &c. sic  
 Bellarm. urget ab intrinseca forma debere denominationem fieri  
 (exclusivè, alioquin enim nihil concludit) E. legitimi à Pa-  
 pa legitimi non sunt denominandi? *ἄλογον!* lib. 1. de just. c. 16.  
*nullam virtutem esse in duob. realiter distinctis subjectis*, & sic fi-  
 dem, nostram quæ tum in voluntate, tum in intellectu consistat,  
 monstruosam esse contendit. R. ipsimet Jesuitæ & Scholastici  
 Dd. ipsi repugnant de reali voluntatis & intellectus distinctio-  
 ne, imò & recta ratio: L. 1. c. 5. §. 3. ratio. dicit: *hominem denomina-*  
*ri solum à forma inherente*: væ vobis legitimatis & absolutis in  
 foro per Bellarminum! *ἄλογον*. Deniq; Doctor ille generalis,  
 de quo supra, ita Sophisticatur: *Iustitia nostra est in Christo, Chri-*  
*stus est iustitia nostra*. E. *Christus est in Christo*. R. Major & Mi-  
 nor non sunt Logicæ, sicut: homo est animatus, doctus: ut  
 sic. &c. ipsis testibus Jesuitis: Logizatis iisdem (ut loquuntur)  
 nil contra nos, ut alia taceamus. lib. 1. c. 3. §. Deinde per. non re-  
 ctè accommodari (*Rom. 3.*) favori Dei putat; quia non rectè  
 dicamus: Deus per suum favorem aut per suam benevolentiam  
 nos justificat. R. aut loquitur Jesuita in sensu identico (ut vo-  
 cant Jesuitæ) aut formali. Si illo? cum larvis pugnat: Spiritus  
 enim S. nobis in scripturis *συγκαταβαίνε*: si hoc? *ἄλογον, ἀπι-*  
*στατον!* lib. 2. c. 7. §. 2. Quarto. imputationem justitiæ Christi  
 cum recta ratione pugnare contendit? nil probat: nil ostendit  
 quomodo pugnet: videte saniores illum locum, & judicate!  
 ipse sibi contradicit & rationi: ut alibi docetur: *fides formata*  
*hec Jesuitam in ruborem ducit*, lib. 2. de just. c. 4. Alias sexcen-  
 tas *ἀσκοπίας, ἀνακολυθίας*, inanias &c. præterimus, quibus hoc  
 dogma justificationis geminæ Jesuiticum scetet: videat ergò  
 Bellarminus, annon Catholica Ecclesia contra rationem quic-  
 quam doceat? id quod alioquin adoratione imaginū, principii  
 F  
 sui

fui coccyfmo, transaccidentiatione, (transubstantiationem enim Jesuitæ non habent, ratione recta teste) &c. abunde satis demooftrari poterat. Sequitur nunc.

## CAPUT II.

### Quod.

Siftit minores Syllogifmi κατ' ἀνθρωπων.

β. 1. Atqui d. f. P. de 1. & 2. justific. viris Apostolicis, primitivæ Ecclesiæ & Patribus, inauditum est.

Id quod respectu trium illorum singulorum membrorum τειχοτόμως probandum venit.

I. *Inauditum est viris Apostolicis.* Id quod liquet ex Jesuitarum allegationis omissione : addo & Apostolicâ institutione & praxi, de qua superius : Cedò Jesuita si potes ostende contrarium!

II. *Inauditum est primitivæ Ecclesiæ.* Suos seductos à Gamalielle Paulos ad Ecclesiæ Pontificiæ praxin respicere jubent Jesuitæ, Stapleton. l. 11. princ. f. d. contr. 6. Conc. Trid. sess. 15. sed de primitiva Ecclesiâ ap. illos altum silentium : In ea de hoc dogmate fuit tacitum : id quod liquet 1. *Ex Jesuitarum silentio* : de hac enim Ecclesiâ nihil refert Bellarminus, cujus testimonium integrum pro se nunquam omisset, sicubi idem offendisset. 2. *Ex contrario testimonio.* Ita enim Ignatius (Anno Christi 96.) in Ep. Rom. A Syria, inquit, Romam usq; terra mariq; cum bestiis depugno, noctu diuq; alligatus decem leopardis. : ἀλλ' ἔπαυε (NB.) τὸ δεδίκαίωμα. Justin. (An. Chr. 160.) in Epist. ad Dign. pag. 285. ἐπέδραξε ἡ Ἀγ. πίστεως ἡ ΜΟΝΗ Θεὸν ἰδεῖν συγνεχῶς ἔχοντα. Irenæ. (An. 188.) l. 4. adv. Heres. c. 5. Lex adhortabatur eos dicens : non aliter salvari homines. NISI CREDANT in eum, qui &c. 3. *Ex Jesuitarum dolo.* Fallarunt & corruerunt dicta adversus suum dogma pugnancia. Ita Bellarmin. l. 5. c. 4. de Just. illud Ignatii d. l. finite me ferarum escam fieri, per quam possum Deum PROMERERI : hinc probare vult meritum operum, at Græca ita habent:

habent : ἀφ' ἑτέρας μερίων εἰνα βρωμα, δι' ὧν ἴσθι ἰεῖς ΕΠΙΤΤ-  
XEIN per QVAS licebit Deum AD IPISCI. &c.

III. Inauditum est Patribus.

1. Quoad nomen & κτ' ῥητόν liquet.

2. Quoad rem probamus

a. Ex adversariorum suffragio. G. Cassandri in Consult. art. 4. probat justificationem, quæ fiat post regenerationem solâ fide constare ex Bernhardo, serm. 22. in C. C. col. 554. quisquis &c. Erasmi: qui vox SOLA, alicubi inquit, tot clamorib. lapidata hoc seculo in Luthero; reverenter auditur, & legitur in PATRIBUS. Hoffmeist. in Harm. A. C. Fabr. p. 46. edit. Colon. Anno 87. Ante exortum hunc in Ecclesia Dei tumultum nemo fuit offensus particulâ illâ SOLA, quam jam teneræ quorundam (NB.) aures vix ferre queunt: nemo siquidem uaquam in jus vocavit D. Ambrosium quod affirmaverit, hominē solâ fidei justificari. vide optima apud Piggium controu. 7. &c. β. Ex rationum à Patrib. adductarum momento: quæ manifestè Jesuiticæ justificationis Philosophicæ figmento reluctantur. 1. loquuntur de iis exclusivâ fide, quibus secunda justificatio non potuit competere: ut de Latrone. Luc. 23. 43. Origen. l. 3. ad Rom. Epist. Nazianz. serm. 45. Ambros. serm. 45. Chrysostr. de fid. & leg. nat. T. 3. p. 327. &c. Fidelem absq; operibus monstrare possumus nempe latronem: nullus sine fide vitam habuit: opera non poterant salvare. 2. loquuntur per exclusionem de illis operibus, quæ Jesuitæ meritoria fingunt: ut martyrium &c. Bellarm. l. 5. de justif. c. 4. at idem & similia Patres repudiant. Athanas. Orat. 1. contr. Arian. p. 119. &c. 3. loquuntur de sanctis, qui cum dudum σοιχῶσι τοῖς ἰχνεσι τῆς πίστεως Rom. 4, 12. qui dudum didicerunt καλῶν ἔργων περιεπαθεῖς εἰς τὰς αἰαγκαίας χεείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἀκαρποί, Tit. 3, 14. & tamen sine illorum vel intuitu, vel concursu justificati dicuntur. Ambros. in c. 4. Rom. Augustin. l. de Sp. & lit. c. 13. l. 1. ad Bonif. c. 21. Id. in c. 2. Eph. serm. 68. de Tempore. &c. 4. Refellunt nugas, quibus Jesuitæ suum dogma incrustant, utpote distinctionem legis factorum & legis fidei Pontificiam. Bellarm. l. 1. de c. 1. & 19. &c. Ita Origenes l. 3. in Ep. Rom. f. 159. Augustin. l. de sp. & lit. c. 13. &c. 5. Nobiscum sen-

tiunt de justificatis, quod hi dignè vivant Evangelio de jure, non autem exinde per opera justificentur amplius. *Origen. d. l. de muliere peccatrice. &c.* 6. Adducunt rationes illas, quas nos rectè obvertimus contra justificat. secundam Jesuitis, ut imbecillitatem carnis, impuritatem operum, &c. Ita *Origen. d. l. Ambros. l. 2. de Iacob. & vit. beat. c. 2. Bernb. serm. 5. de verbis Esa. col. 250. Augustin. passim &c.* 7. peccatum in nobis remanere nobiscum fatentur *Augustin. l. de nat. & grat. c. 26. In Enar. Ps. 142. T. 8. &c.* 8. Legem in solidum excludunt. *August. l. 3. ad Bonif. c. 5. Chrysost. in c. 3. Gal.* alia multa brevitatis studio omittimus.

γ. *Ex expresso contrario Patrum testimonio* : de quo vide librum *Hamelmanni*, idemq; *D. Chemnit. in Ll. & exam. T. C. ut & Dn. D. Gerhardum Tom. 3. de justif. preceptor. meum gratiosiss. & colendis.*

δ. *Ex pontificia allegationis impertinentia* : de qua alibi fusius : quorsum pertinent hæc : ἀξιουνούν &c. : distinguendum est inter Patrum loca cardinalia, in quibus ex professo de justificatione tractarunt, & incidentia, in quibus illam vel applicarunt, vel non accuratè tradiderunt : distinguendū est inter proprias Patrum confessiones, & ἀνελογίας, sive loquendi improprietates, aut si lenissimè cum *Chemnitio Ll. de just. cap. 1. loqui volumus incommoditates* : non ex his, sed illis de eorundem mente & intentione judicandum est : item inter scripta homiletica & acroamatica : de quibus *Theod. Dial. 3. Quæ, inquit, in Ecclesia pænegyricè & declamatoriè dicuntur, non constituunt dogmatum regulam*, imò & ipse *Jesuita l. 2. de grat. & lib. arbit. hac de re & nobis, & veritati testimonium perhibet, quando ait : Patres cum ad populum verba facerent, ea dicebant, quæ utiliora VIDEBANTUR ad excitandos homines ad bona opera. Vide plura apud B. Chem. Ll. de just. obs. 5. de fidei voc.*

β. 2. Atqui f. J. d. de 1. & 2. justific. primis Dd. Rom. Ecclesiæ tacitum est.

Illud colligimus 1. *Ex Jesuitarum silentio.* 2. *Ex Doctorum testimonio.* *Lomb. l. 3. C. d. 19.* ejusmodi sententiam fovet, quæ non potest subsistere cum Jesuitarum gemella justificatione utpo.

utpote de fidei intuitu, de justificatione per fidem. Thomas fundamentum Jesuitis extorquet, cui superædificant suum domum, nempe *Iac. 2.* non agi de justificatione operum coram Deo: de qua re supra: alios præterimus. 3. *Ex erroris occasione.* Patres improprius loquuti sunt: ex illis autem Lombardus suas sententias collegit, & quia bifariam loquentes offendit Patres nempe verè & secundò impropriè, ille, sui quod fuit propositi, & hanc distinctionem inseruit operi suo: ex qua postea sequiores Pontificii suum errorem suserunt inconsideratè: dum omnium primò de mente & Patrum cumprimis, & postea ipsius sententiarum Magistri solliciti esse debebant, eandem ut addiscent &c. Antè hac enim nemo ita sensit.

β. 3. Atqui f. I. d. de r. 2. justif. propriis Pontificiorum hypothetibus repugnat.

De hac alibi fusius: heic quasdam attingemus: I. *Bellarmino l. 2 c. 3. de just. §. alterum test. Nullo nostro opere meremur justificari: E. O. nostra justificatio est gratuita: ubi igitur secunda meritoria manet? sic & Concil. Trid. sess. 6. can. 11. Solà imputatione justitiæ Christi hominem justificari qui dicit, anathema est: Ergò qui non solà dicit, anathema non est: ubi ergo non-impurativa justitia? II. Id. d. l. statuit v. 24. cap. 3. Rom. omnes justificationis causas haberi: at *δωρεάν* formaliter & de se excludit heic meritum, id quod nullus inficias ire potest d. l. Jesuita: & quidem nostrum, ut ibi concedit: Ergo vel heic deest causa principalis, nempe DEI favor: id quod pugnat cum Jesuita: vel necessariò sequitur *χάρις* non esse gratiam nobis infusam, sed DEI erga nos exerram: quò posito, formalis duplicis justificationis causa in fumum abit. III. Id. d. l. Quod in Deo Christo & angelis non fuit, illud non est formalis justificatio. Ubi porrò, fides, inquit, repugnat beatitudini, neq; in DEO, aut in Christo unquam fuit &c. Subsumo: habitus justitiæ infusæ peccatores justificans ab alio non fuit in DEO, Christo &c. E. ille non est formalis justificatio: Bellarmine ad formam! Si distinguis, negaris? IV. Fides repugnat beatitudini, ib. Bellarm. E. non est causa ullo modo:*

do: qui ergò est causa dispositiva? V. *Peccatorum omnimoda deletio & ablatio*: & sic consequenter per peccatum omninò justitia tollitur, & bona opera mortificantur, *Greg. de Val. d. l. &c.* at peccante justificatò quomodo secundà justificatione idem ulterius poterit justificari? VI. *Imputativa justitia est non-Ens*. Quí ergo communicantur merita monachorum laicis: Vide *Bellarmin. l. 1. de indulg. c. 14. Gregor. de Val. cap. 5. Stanisl. Hosius de expresso verbo DEI, T 2 p. 21.* quibus tamen hos quoque salvari blasphemant. VII. *Justificatio secunda est primæ augmentum*. *Concil. Trid. d. l. E.* Secunda non datur: quia realiter & essentialiter à prima differt; à qua & separari potest, & sic non est augmentum. VIII. *Juramentum in Thomam præstitum*. Perjuri fiunt si ex *Iac. 2.* suam operam justificationem stabiliunt &c. & Angelicum Doctorem repudiant.

β. 4. Atqui f. d. P. de 1. & 2. justificatione ipsis suspectum est.

Illud constat ex accuratioribus eorundem scriptis, ex meditationibus, ex variis tentationibus & mortis agone: de quibus omnibus alibi.

β. 5. Atqui f. d. P. de 1. & 2. justif. ipsis est incertum & insufficiens.

Deprehenditur illud tum ex dissidio: tum ex additamento: quomodo ipse *Bellarminus l. 4. cap. 18. §. possumus tres justitias quibus homo justificetur, fingit. Salmeron. idem tres Tom. 15. p. 41. T. 13. p. 242.* Qua de re suo loco multis.

### SECTIO III.

E. d. f. P. de 1. & 2. justificatione nullum est.

Ὅσα εἰς εἰς δειξαι. Hæc ita ἀποτόμως: plura ἀγαλέξεως cursus haud dubiè invehet.

Ε'ππ-



Ἐπιόγματα.

1. Impossible est VERUM Lutheranum fieri verum Pontificium.
2. Omnis verus-Lutheranus si fiat apostata, necessariò est insignis hypocrita.
3. Pontificii ut sic justificationem verã non habent.
4. Necessè est Bellarminum, adeoq; omnem Jesuitam, ut sic, vel esse falsissimum Meta- & paraphrastam, vel splendidissimum Sophistam: modò quid operosius contra orthodoxian de justific. tentet.
5. Impossible est Bellarminum in articulo de justific. non egisse contra conscientiam: modò rectè rationi obicem non posuerit.
6. Impossible est Bellarminum cum suis sociennis ante tribunal tum τὸ ἔνδον σωειδήσεως, tum Christi παντοκρίσεως, vel ob unicum de justific. tractatum ἀπολόγητον esse.
7. Necessè est Bellarminum ob ἀναδέκασον κείων non rectè intelligere etiam benè sentientes Patres.
8. Fides Carbonaria est contradictio in adjecto, adeoq; ipsis Pontificiorum hypothesebus repugnans.





## HÛC ACCEDAT

### *Allusio Jesuitica.*

**P**ONIS justitiam tibi imputatam,  
Non quæ ponitur orthodoxè in-  
herens?

Cur hoc? es malè conscius tibi ipse  
Cui ut justitiæ nihil, sed ingens  
Contra injustitiæ lues inhaeret.

Hinc spes omnis abest tuæ salutis  
Ne quis justitiam det imputatam!

Esto! justitia imputetur absens  
Ut respondeat ergo condecenter

Jus causæ, meritoq; retributum:

Sic ut justitia est tibi imputata,  
Sic mercede fruere imputata:

Proq; injustitia quæ tibi inhaeret,  
Est & pœna tibi futura inhaerens.

Ex Genf. Colon. expl. err.  
Dial. 5. Monh. de ju-  
stif. p. 155.

### *Responsio Orthodoxa.*

Fingis justitiam tibi adjacentem,  
Quam vel Philosophæ docent Athe-  
na,

Cur hoc? te via præterit salutis,  
Qua culpam jugulari, & imputari  
Christi justitiam pius docemur.

Hinc spes certa rata venit salutis.

Ne quis justitiam det adjacentem!

Esto! infusa tibi sit illa ficta

Virtus justitiæ: par est decenter

Jus causæ, meritoq; retributum:


Sicut justitia est tibi Sophorum,

Sic mercede fruere & Sophorum:

Te pro justitia tibi adjacente

Merces Socraticæ manet salutis.

F I N I S . .



05 A 2227


ULB Halle 3  
003 783 960



VDA







DISPUTATIO  
ΣΚΙΟΓΡΑΦΙΚΗ  
De  
Distinctionis JESUITARUM inter  
**JUSTIFICATIONEM**  
PRIMAM  
&  
SECUNDAM  
**VANITATE,**

Quam  
D. T. O. T. M. A.  
SUB PRÆSIDIO  
*Viri admod. Rever. Excellentiss. & Praclariss.*  
**Dn. PAULI RÖBERISS. Theol. D.**  
& in Elector. VVitteberga P. P. celebratiss. Facult.  
Theol. p. t. Decani, Pastoris & Superattend. in circulo Electorali  
generalis, Synedrii Ecclesiast. Assess. &c. Dn. Præceptoris  
Fautor. & Promot. sui gratiosiss. honoratiss.

*Publ. examini ad d. XII. Kal. IX. b. an. XXIX. in Auroat. Maj.*  
*subijcet*

**M. GEORGIUS** Grosschaim Duderstad.

*Chrysoſt in 2. Tim.*  
Τὸ πᾶν τῆς πίστεως ἴσθι.

WITTEBERGÆ

Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH.  
ANNO MDCXXIX.